MASTER NEGATIVE NO. 91-80230-10

AUTHOR:

[VAHLEN, JOHANNES]

TITLE:

[FIVE DISSERTATIONS ON ENNIUS]

PLACE:

BEROLINI

DATE:

[1877-1893]

Master Negative #

91-80230-10

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

[Vahlen, Johannes, 1830-1911.

[Five dissertations on Ennius] Berolini, formis Academicis, [1877-1893.

5 pts. in 1 v. 25½ cm.

Without titles.

On title-pages: Index lectionvm qvae... in Vniversitate litteraria Friderica Gvilelma... habebvntvr.

Latin text.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 14x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 9/10/91 INITIALS RK

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No. 1

INDEX LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

GVILELMI

IMPERATORIS GERMANICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA

FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A D. IX. M. APRILIS VSQVE AD D. XV. M. AVGVSTI A. MDCCCLXXVII

HABEBVNTVR.

Johann Vahlen 1830–
Five dissertations on Ennius

BEROLINI
FORMIS ACADEMICIS
(G. VOGT).

VNIVERSITATIS LITTERARIAE
FRIDERICAE GVILELMAE
RECTOR ET SENATVS.

A disceptandis nonnullis Q. Ennii de Medea versibus hanc quam afferimus scholarum proxima aestate habendarum enumerationem exorsuri sumus. Nam etsi ardua et periculosa res est, veteris tragoediae Romanae versibus superstitibus, admodum illis concisis et multifariam depravatis, curam criticam impendere, tamen non desistendum videtur, quominus has venerandae antiquitatis reliquias in suam si fieri potest integritatem vindicare clarioreque in luce ponere conemur. Qua in re nuper egregie versatus est Otto Ribbeckius, qui olim a se apertam viam fortiter persecutus iam secundis curis tragicorum Romanorum fragmenta suo acumine et amicorum ope adiutus multo quam ante emendatiora edidit, idemque peculiari libro expositis fabularum argumentis Graecorumque poetarum exemplaribus excussis, artis quoque monumentorum indiciis studiose circumspectis tragoediae Romanae quasi simulacra quaedam aut tenuibus lineis adumbravit aut vividioribus ubi res ferebat coloribus depinxit. Quorum operum laudes nos imminui nec volumus nec credimus, si inter praeclara multa nonnulla incerta et ambigua, quaedam etiam longius a probabilitate semota nobis videri profitemur, in hoc praesertim genere, in quod cadit praecipue quod ingeniosus homo de omni coniecturali emendatione dicebat, esse lusus similem in quo damni periculum lucri prosperitatem fere aequet. Sed de aliis, de quibus nos secus quam vir praestantissimus sentimus, fortasse alibi, nunc ut prooemiandi officio satisfaciamus ut possumus, unum illud promemus breviterque enarrabimus, quo Ennii Medeam adiuvare posse nobis videmur.

Itaque Cicero in tertio de natura deorum c. 25, 65, cum ab Aurelio Cotta academico personam mutuatus rationem humanam quippe quae noxia ac perniciosa multa machinaretur prave pro deorum munere haberi ostenderet, ad eam sententiam declarandam tragici poetae versibus nonnullis usus est. Quae verba sic traduntur.

Videamus ea quae secuntur, primum deorumne providentia mundus regatur, deinde consulantne di rebus humanis. haec enim mihi ex tua partitione restant duo. de quibus, si vobis videtur, accuratius disserendum puto. Mihi vero, inquit Velleius, valde videtur: nam et maiora exspecto et iis quae dicta sunt vehementer adsentior. Tum Balbus, interpellare te, inquit, Cotta, nolo, sed sumemus tempus aliud; efficiam profecto ut fateare. sed nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio. nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia niobem parumne ratiocinari videtur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? illud vero quam callida ratione. ‘qui volt esse quod volt, ita dat se res, ut operam dabit’. qui est versus omnium seminator malorum. ‘ille traversa mente mihi hodie tradidit repagula, quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo, mihi maerores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi’. hanc videlicet rationem, quam vos divino beneficio homini solum tributam dicitis, bestiae non habent. videsne igitur quanto munere deorum simus adfecti? Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens ‘postquam pater adpropinquat iamque paene ut conprehendatur parat, puerum interea optruncat membraque articulatim dividit, perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia, ut, dum nati dissipatos artus captaret parens, ipsa interea effugeret, illum ut maeror tardaret sequi, sibi salutem ut familiari pareret parricidio’. huic ut scelus sic ne ratio quidem defuit. Ex his igitur Ribbeckius quinque versus inter Ennii Medeae fragmenta recensuit, quos is ita scribit p. 48.

VIII Medea

Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio.

* * *

Nam ut ego illi supplicarem tanta blandiloquentia —?

IX Medea

Ille traversa mente mi hodie tradidit repagula,
Quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo,
Mihi maerores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi.

Sunt autem haec ex Euripidis Medea translata, apud quem Medea, posteaquam astute simulateque precanti Creon diem unum manere Corinthi concessit, choro lamentanti (362) ὡς εἰς ἄπορόν σε κλύδωνα θεός, Μήδεια, κακῶν ἐπόρευσε, torva ingenio et ulciscendi consilia volvens ita respondet.

κακῶς πέπρακται πανταχῇ. τίς ἀντερεῖ;
ἀλλ᾽ οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.
ἔτ᾽ εἴσ᾽ ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις
καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι.
δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε,
εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;
οὐδ᾽ ἂν προσεῖπον οὐδ᾽ ἂν ἡψάμην χεροῖν.

ὁ δ᾽ εἰς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο,
ὥστ᾽ ἐξὸν αὐτῷ τἄμ᾽ ἑλεῖν βουλεύματα
γῆς ἐκβαλόντι, τήνδ᾽ ἀφῆκεν ἡμέραν
μεῖναί μ᾽, ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς
θήσω, πατέρα τε καὶ κόρην πόσιν τ᾽ ἐμόν.

398 πικροὺς δ᾽ ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,
πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.

Apparet quam prope in orationis decursu et hic illic adeo in verbis Latinus poeta conspiret cum Graeco; quem consensum, aliis et ipso Heindorfio mirabiliter alucinantibus, recte perspexit declaravitque ad Euripidis Medeam v. 359 Elmsleius. Et licet poetae mentio absit, tamen dubitatio non est, quin Cicero sua ex Ennii, non alius poetae, Medea deprompserit, quam ipse de finibus bon. et mal. I, 2, 4 ad verbum e Graeca Euripidis fabula expressam esse scribit; neque nomen ponere poetae debebat in tragoedia quam suis aequalibus satis esse notam sciret. Sed cum ante illa verba poetae *nequaquam istuc istac* magno hiatu amplam partem Tullianae disputationis interiisse constet, Ribbeckius eodem hiatu etiam Ennii versum similem illi a quo ῥῆσις Medeae Euripideae incipit κακῶς πέπρακται πανταχῇ haustum esse suspicatus est. Quod si ita recte statuatur, quoniam ille magnus defectus orationis non rectius post *sed* ut vulgo quam ante *sed* accidisse existimatur, paene consequens sit, eam particulam ad Ennii verba referri, ut plane eundem in modum quem Euripidis etiam Ennii Medea orasse credatur, ‘verum est me undique malis saeptam esse, sed nequaquam istuc istac ibit’. At vero haec ipsa verba *nequaquam istuc istac ibit* adeo ab orationis forma et metri venustate placent, nihil ut inde temere mutatum velis. Quae si rata sunt ac non temptanda, esto *sed* particula ex mutila Ciceronis oratione residua, Ennii autem Medeam ab illo versu *Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio*, non alio praemisso, cum pondere suam orsam esse orationem ponamus.

Sed de hoc versu amplius disserendum est. Non illud dicimus, de quo Valckenaerius, qui primus recte Latinum versum cum Graeco composuit, de Ennio quidem nihil suspicatus, ad Euripidis Hippolytum v. 41 admonuit, usitatius in talibus *abibit* esse, ut Catullus (14, 16) loquatur et Seneca (Herc. fur. 27) et Terentius (Andr. I, 2, 4); neque propter levem scripturae discrepantiam quae est in codicibus — Vindobonensis enim liber cum Vossiano maiore *ista ibit*, alter Vossianus *ista*ibit*, Heinsianus denique *istacebit* exhibent — dubitabimus, ab Ennio re vera illam esse formam *istuc istac ibit* praelatam. Sed quae proxime insequuntur *magna inest certatio*, videntur illa quidem obiter intuenti ad Euripidis verba ἔτ᾽ εἴσ᾽ ἀγῶνες esse formata, sed qui paulo curiosius contenderit, non posse has sententias conciliari animadvertet. Nam apud Euripidem cum Medea ἔτ᾽ εἴσ᾽ ἀγῶνες

dicat τοῖς νεωστὶ νυμφίοις καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι, certamina aerumnasque magnas parari recens sponsis ac soceris minatur, Ennii vero Medea non videtur nisi magnam in semet ipsa aestuantem consiliorum pestiferorum contentionem significare. Quid ergo est? Rursusne Ennium deprehendimus Graeci poetae verba non recte intelligentem, quemadmodum illa ἐξῆλθον δόμων (214) prave ab eo interpretata esse pridem perspectum est? An fraus librariorum offecit poetae, qui non *inest* sed plane ad Euripidis mentem *magna instat certatio*, illis scilicet, quos Euripides dicit, soceris ac sponsis, scripserat? Nam spondeum istum, insuaviorem certe quam est vox iambica *inest*, tamen ab Ennii arte non omnino alienum esse exempla evincunt, quae Ribbeckius collegit p. XXVIII. At nobis Ennii verba nec hanc nec ullam recipere mutationem scholii Graeci indicium persuasit quod est in Parisino codice 2713 quem B littera Dindorfius notat: ibi enim cum ad illum versum Euripidis adnotetur ἀγῶνες: πανουργίαι ἐν ἐμοί, apparet antiquitus etiam aliam a vulgo recepta diversam Euripidis verborum extitisse explicationem sed eandem ad Ennii sententiam propius accedentem. Nam scholiastes non aliam scripturam, ἔνεισ᾽ pro ἔτ᾽ εἴσ᾽, exprimere credendus est, sed alia adhibita distinctione ἔτ᾽ εἴσ᾽ ἀγῶνες pro integra sententia cepit, reliqua quoque τοῖς νεωστὶ νυμφίοις καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι in unius enuntiati ambitum complexus. Quodsi Ennius casu aut consilio eandem verborum distributionem secutus erat, ultro in eam quam legimus interpretationem abiit, *magna inest certatio*. Quae quoniam plena est sententia, cetera quae apud Euripidem adduntur de soceris ac sponsis, Ennius, qui non usquequaque Graeci poetae vestigiis insistit, fortasse ne verterat quidem, poterat certe ille versus continuo excipi ab eo quem proximum affert Cicero, *Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.* In quo Ribbeckius verissime *illi supplicarem* scripsit pro eo quod adhuc vulgatur *illis.* Nam et Euripides scribit ἄν με τόνδε θωπεῦσαι neque apud Ennium Medea alii aut pluribus quam Creonti supplicarat in eo colloquio ex quo superest versus Creontis *si te secundo lumine hic offendero, moriere*, accurate conversus a Graecis (352) εἴ σ᾽ ἡ ᾽πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονός, θανεῖ. Sed quod idem Ribbeckius in illo versu imperfectam esse orationem statuere videtur, non assentimur. Quamquam enim est hoc quoddam ellipticum dicendi genus, Plauti Terentii Horatii, Ciceronis quoque et Livii usu satis probatum et nemini ignotum, quod grammatici addendo explicant (velut hoc exemplo possis 'fierine potuisse putas ut ego supplicarem'), tamen enuntiatum ipsum plenum est nec abruptum. Sed hoc levidense est. Gravissimas vero necdum compositas turbas excitavit quod post *blandiloquentia* in libris legitur *niobem* vel *niorbem*: hae enim esse primitivae formae videntur, ad quas reliquae librorum scripturae, *niobe, an iobem, in iouem*, redeunt omnes. Nam etsi fuerunt olim qui *Niobe parumne ratiocinari videtur* a Cicerone scriptum esse sumerent, tamen Niobae hic locum non esse versuum et

sensus et origo manifesta convincit, et cum Cicero paulo post *atque eadem Medea* et rursus c. 29 in. ad hanc disputationem respiciens scribat *Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis, heroicae personae, inita subductaque ratione nefaria scelera meditantes* — ab Atreo enim praeter Medeam supra c. 26 s. exemplum petierat — ostendit aperte nullam ante a se Niobae mentionem factam. Quare qui aut *Medeam* pro *Niobe* reponi audacter aut *Niobem* extingui iusserunt, probabilem illi quidem orationem restituerunt, memorabilis scripturae causam et originem non declararunt. Neque quicquam in ea re Glogaviensis novicii libri testimonio adiuvamur, quo nisus Baiterus in utraque editione desperatam vocem e textu eiecit; quae labes cur ab illo libro absit, nimirum facile intelligitur nec quaeri attinet: unde spectatissimae fidei exemplaria occuparit, id vero explicari oportet, ne forte deleto temere obscuro vocabulo indagandi veri vestigium obruamus. Sed ne Ribbeckio quidem quamvis prudentius agenti prospere res cessit, qui quidem pristinam suam opinionem qua *Quamobrem parumne ratiocinari videtur* Ciceronem scripsisse coniecerat, iure videtur omisisse, quoniam illi interrogationi, cuius similes vel infra c. 29, 72 recurrunt, apte praemitti particula non potuit; sed quod nunc in archetypo libro ab interpolatore hanc quaestionem *An Niobe?* in margine positam fuisse suspicatur, quam quaesumus ansam eius interpolationis fuisse censemus, cum in poetae verbis plane nihil insit, quod Niobae potissimum admonere potuerit, et ut post ortum illum defectum orationis, quo Medeae nomen surreptum esse credibile est, hoc annotamentum factum ponamus, tamen in eodem disputationis tenore paucis interiectis versibus *eadem Medea* legitur. Quae cum ita sint, nos non ἀθετήσει sed correctione depravatae vocis opus esse arbitramur, lenissimaque mutatione, id est diductis litteris et una addita, ex *niobem* efficimus *ni ob rem*, ut exemplar Vindobonense cum *niorbem* exhibeat proxime a vero discesserit. Quae verba ubi cum antecedenti versu ut oportet in unam sententiam copulaverimus,

Nam ut ego illi supplicarem tanta blandiloquentia,
Ni ob rem,

continuo agnoscitur a Cicerone plenam non curtatam orationem esse allatam, Ennium vero hic quidem poetam Graecum,

δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτε,
εἰ μή τι κερδαίνουσαν,

accurate expressisse: nam quod ille scribit εἰ μή τι κερδαίνουσαν, id Latine brevius sed proprie *ni ob rem* dicitur, hoc est 'nisi ob utilitatem'. Hanc enim vim esse illorum verborum uno sed eo ad hanc causam plane accommodato exemplo docetur, Terentii, apud quem in Phormione act. III, 2, 41 Antiphoni quaerenti *Non pudet vanitatis?* Dorio leno *Minume, dum ob rem* respondet. Ibi novissimi interpretes saepe copiosi in multo levioribus rebus hoc non nimis usitatum dicendi genus silentio praetereunt, sed Ruhnkenius in Dictatis Sallustium citaverat qui in

Iugurtha c. 31 *id frustra an ob rem faciam* scribit similiter. His duobus exemplis — neque enim nos plura novimus aut ab aliis allata vidimus, neque ad cognatum genus *in rem* vel *ex re* deflectere volumus — tertium accedat Ennianum nostrum.

Verum Ennius quantum eorum verborum quae proxima sunt apud Euripidem in suam orationem receperit nescimus, sed Cicero in eodem cursu ratiocinationis pergens ponit hunc versiculum, quem seminatorem esse omnium malorum dicit, *Qui volt esse quod volt, ita dat se res, ut operam dabit*, cuius similem in Euripidis fabula non extare constat. Quare Ribbeckius eum a Medea Ennii segregatum incertis incertorum poetarum fragmentis (XC) inseruit, quamquam ibi et iterum in libro de tragoedia Romana p. 154 versum 'si non ad hanc orationem ad Ennii certe Medeam posse referri concedit. Quae nobis nimia esse cautio videtur. Nam plane incredibilis res est, Ciceronem, qui hanc quidem disputationis partem versibus ex una et eadem ῥήσει promptis illuminet — nam qui sequuntur *Ille traversa mente* cet. rursus ad eandem redire orationem manifestum est — iis aliunde ex eadem fabula sive ex alia petitum versum praeter necessitatem, immo praeter rationem immiscere voluisse. Itaque opinamur standum esse auctoritate Ciceronis et confidenter rationem ita concludendam, Ennium, qua saepe alias interpretandi libertate usum videmus, eadem hoc versu orationem Medeaę praeter Euripidis exemplum locupletasse. Nam hoc neminem fugit, eam sententiam praeclare menti Medeae et huic occasioni convenientem esse, qua illa sibi plandit nimirum quod prompta audacia perfecit quod voluit.

Sed ambigitur etiam de scriptura versus, qui cum in libris ita tradatur *qui volt esse quod volt ita dat se res ut operam dabit* — nam *esse* quod abest a Vossianis habet Vindobonensis illis auctoritate non inferior et Palatinus — Ribbeckius, maxime quod *ei* dativum deesse non posse sibi persuaserat, in hanc formam redegit, *qui esse volt quod volt, ei ita dat se res*, ad exemplum versus Terentiani, qui est in Hecyra III, 3, 20, *omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus*; eodemque desiderio ducti alii aliter emendarunt. Nos etsi damus potuisse pronomen addi, tamen ab omni esse coniectura abstinendum arbitramur. Nam cum concinnitas orationis duplici modo constet, ut aut *qui volt esse quod volt, ei ita dat se res* aut *si quis volt esse quod volt, ita dat se res* dicatur, eadem inaequalitas in versu Phoenicis (p. 53 R.) *ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat* conspicitur, cum aut *ei libertas est qui* aut *ea libertas est si quis* expectaveris. Quem versum cum Acidalius re vera in hunc posteriorem modum (*libertast si qui*) emendatum ivisset, Ribbeckius ipse p. XXXI inutilem esse coniecturam exemplis probavit, Plauti *em ista virtus est, quando usust qui malum fert fortiter*, Terentii *istuc est sapere qui ubi quomque opus sit animum possis flectere*, neque tamen prohibitus est quominus in libro de tragoedia p. 193 ad Acidalii mentem correcta

verba daret. Nec dissimili oratione nisi fallimur usus est M. Cato in praeceptis ad filium, *lepus multum somni adfert qui illum edit*, cui alibi collatum est hoc de Lutheri sermone exemplum *wer zu viel honig isset, das ist nicht gut*, aut Cicero in legibus, *qui secus faxit, deus ipse vindex erit; quique non paruerit, capital esto.* Denique Horatianum illud *vivitur parvo bene, cui paternum splendet in mensa tenui salinum* non recte interpretantur qui 'vivitur ei, cui' intelligunt, cum haec sit sententia 'ea vita beata est, cui, h. e. si cui, salinum splendet'. Atque hoc in omnibus his exemplis agnoscitur, pronominis relativi ad universam sententiam relati vim eam esse quam planius et ad Germanicum morem dicendi accommodatius per *si quis* explicare possis.

Sed missa grammatica ut ad Medeam revertamur, illo interposito versu egregie ad patefacienda sua nefaria consilia progreditur versibus *Ille traversa mente* cet., quorum etsi extant expressa vestigia in Graecis, vers. 371—375 et 398 s., tamen ne hic quidem poeta Romanus voluit fidum interpretem agere qui verbum verbo reddere curaret. Ut cavendum sit omnino, ne quod Cicero Ennii Medeam 'ad verbum' a Graeca Euripidis fabula conversam esse scripsit, nostro magis quam veterum sensu accipiamus.

Itaque, ut conclusa nobis iam haec sit omnis disputatio, effecimus, voluimus quidem certe efficere, hoc ordine se excepisse olim in Ennii Medea et hoc modo scriptos fuisse versus ex illa oratione superstites.

Medea

Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio.
Nam ut ego illi supplicarem tanta blandiloquentia,
Ni ob rem?

Qui volt esse quod volt, ita dat se res, ut operam dabit.
Ille traversa mente mi hodie tradidit repagula,
Quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo,
Mihi maerores, illi luctum, exitium illi, exilium mihi.

Quae vero ab his separata postea Cicero affert *Atque eadem Medea patrem patriamque fugiens* 'postquam pater cet., ea nec in Euripidis fabula apparent nec cum hoc argumento commode conciliari videntur. Quare cum Ciceronis testimonium minime ita accipiendum sit, quasi has res, ut eiusdem Medeae sunt, ita ex eadem fabula sumptas significet, Ribbeckio assentimur, probabilius hos versus ad aliam alius poetae de Medea tragoediam referri.

Scr. Berolini m. Octobri MDCCCLXXVI.

LECTIONES.

I. ORDINIS THEOLOGICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

O. Pfleiderer, Dr. Dec.

I. Publice historiam theologiae philosophicae enarrabit d. Sat. h. IX-XI.
II. Privatim theologiam biblicam inprimis Novi Testamenti quinquies p. hebd. h. XII-I docebit.

A. Dillmann, Dr.

I. Publice syntaxin linguae Hebraicae docebit d. Sat. h. IX-XI.
II. Privatim historiam populi Israelitici sub Vetere Testamento enarrabit quinis p. hebd. scholis h. IX-X.

I. A. Dorner, Dr.

I. Privatim ethicen christianam quinquies vel sexies h. VIII-IX tradet.
II. Publice encyclopaediam theologicam docebit d. Sat. h. IX-X.
III. Privatissime et gratis societatem theologicam d. Iov. h. VII-IX vesp. sueto more moderabitur.

C. Semisch, Dr.

I. Publice Tertulliani apologeticum commilitonibus explicandum proponet d. Sat. h. IX-X.
II. Privatim 1) historiae ecclesiasticae partem secundam sexies per hebd. h. VIII-IX; 2) introductionem in Novi Testamenti libros quinquies h. IX-X tradet.

F. L. Steinmeyer, Dr.

I. Publice institutiones homileticas ad praxin pertinentes d. Lun. h. V-VII exhibebit.
II. Privatim homileticen atque catecheticen quinis p. hebd. recitationibus h. IV-V docebit.

B. Weiss, Dr.

I. Publice de origine evangelii quarti disseret d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim 1) evangelium Iohannis interpretabitur quinquies p. hebd. (excl. d. Lun.) h. XI-XII; 2) epistolas, quas dicunt catholicas, interpretabitur quinquies p. hebd. (excl. d. Sat.) h. XII-I.

B. Brueckner, Dr., Prof. honorarius.

Scholas postmodum indicabit.

H. de Goltz, Dr., Prof. honorarius.

Privatim theologiae dogmaticae partem specialem quater p. hebd. hor. def. tradet.

2. *Professorum extraordinariorum.*

F. Benary, Dr.

I. Publice primum librum Samuelis tironum in usum interpretabitur d. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim geneseos librum quinquies p. hebd. h. X-XI explicabit.

H. G. P. Kleinert, Dr.

Scholas postmodum indicabit.

H. Messner, Dr.

I. Publice selecta ex Actis Apostolorum capita interpretabitur d. Sat. h. XI-I.
II. Privatim epistolam Pauli apostoli ad Romanos datam quinquies p. hebd. h. V-VI interpretabitur.

F. Piper, Dr.

I. Publice epigraphicen antiquitatis christianae cum exercitationibus epigraphicis tractabit d. Ven. h. XII-I.
II. Privatim historiae ecclesiasticae partem priorem tractabit quinquies p. hebd. h. XI-XII.
III. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas et patristicas in Museo christiano universitatis moderari perget in iisque primordia historiae biblicae et vitam Iesu e monumentis illustrabit d. Lun. et Iov. h. XII-I.

I. C. W. Vatke, Lic.

I. Publice introductionem in theologiam philosophicam tradet d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim theologiam philosophicam universalem et religionis historiam docebit sexies p. hebd. h. XI-XII.

3. *Privatim docentium.*

S. Lommatzsch, Lic.

I. Gratis Schleiermacheri systema theologicum nec non philosophicum semel p. hebd. hor. defin. enodabit.

II. Privatim symbolicen christianam sive confessionum christianarum explicationem et comparationem d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI tradet.

III. Privatissime et gratis exercitationes ad theologiam systematicam imprimis philosophicam pertinentes d. Iov. h. VII-IX vesp. moderari perget.

G. Nowack, Lic.

Gratis carmina libris Veteris Testamenti historicis inserta d. Merc. h. XI-XII explicabit.

C. H. Chr. Plath, Lic.

I. Gratis de Buddhismo aget d. Ven. h. V-VI.

II. Privatissime et gratis quid Leibnitzius de missione christiana cogitaverit exponet d. Ven. h. VI-VII

II. ORDINIS IVRIDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

A. F. Berner, Dr. Dec.

Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius criminale dialogice ad librum suum „Lehrbuch des Deutschen Strafrechts, 9. Auflage, 1877" d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 3) ius gentium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X docebit.

G. Beseler, Dr.

I. Privatim 1) historiam imperii et iuris Germanici d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X tradet; 2) ius publicum Germanicum et Borussicum iisdem diebus h. X-XI docebit.

II. Privatissime et gratis exercitationes iuris Germanici in seminario iuridico d. Merc. h. V-VI instituet.

H. Brvnner, Dr.

I. Publice de iure cambiali d. Ven. h. XII-I disseret.

II. Privatim 1) ius Germanicum privatum d. Lun. Mart. Iov. h. XI-I; 2) ius commerciorum nec non maritimum d. Merc. Sat. h. XI-I tradet.

C. G. Brvns, Dr.

I. Privatim 1) processum civilem tam iuris communis et borussici quam novi codicis iudiciarii imperialis quinquies h. VIII-IX; 2) historiam iuris Romani quinquies h. X-XI; 3) institutiones et antiquitates iuris Romani quotidie h. IX-X tradet.

II. Privatissime et gratis in seminario iuridico exercitationes iuris Romani moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

H. Dernbvrg, Dr.

I. Publice ius societatis Romanum et hodiernum exponet d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim 1) pandectas quotidie h. X-XII; 2) ius hereditarium Romanum d. Mart. Iov. Ven. h. XII-I docebit; 3) exercitationes iuris civilis practicas d. Lun. h. V-VII instituet.

H. R. H. F. Gneist, Dr.

I. Publice historiam corporis iuris civilis tradet d. Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) ius criminale Germaniae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) processum criminalem d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

L. Goldschmidt, Dr.

I. Publice de iure assecurationum d. Merc. h. VIII-IX disseret.

II. Privatim de obligationibus aget secundum ius Romanum et hodiernum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. G. Heffter, Dr.

Privatim ius gentium d. Merc. et Sat. h. XI-I docebit.

F. C. P. Hinschivs, Dr.

I. Privatim 1) ius ecclesiasticum catholicorum et protestantium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 3) processum civilem secundum leges iudiciarias imperii Germanici exercitationibus practicis adhibitis d. Merc. et Sat. h. XI-I docebit.

II. Privatissime et gratis 1) exercitationes iuris ecclesiastici d. Ven. h. VI-VII; 2) exercitationes canonicas in seminario iuridico hor. defin. moderabitur.

2. *Professorum extraordinariorum.*

I. Baron, Dr.

I. Publice ius hereditarium Borussicum d. Lun. h. VIII-IX exponet.

II. Privatim 1) ius hereditarium Romanum d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X docebit.

L. de Cvny, Dr.

I. Publice principia novi processus civilis Germanici d. Sat. h. X-XI tradet.

II. Privatim docebit ius civile Franco-Gallicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

O. Dambach, Dr.

I. Publice constitutionem imperii Germanici interpretabitur d. Lun. h. V-VI.

II. Privatim ius publicum Germanicum et Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.

III. Privatissime et gratis de iure auctorum (Urheberrecht, Nachdruck, Nachbildung) hora definienda disseret.

G. Lewis, Dr.

I. Publice ius feudale docebit d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim 1) ius Germanicum privatum excepto iure commerciorum et cambiali quotidie h. X-XI; 2) ius commerciorum, maritimum, cambiale d. Merc. et Sat. h. XI-I; 3) ius ecclesiasticum cum iure matrimoniali d. Mart. et Ven. h. IV-VI docebit.

E. T. Rubo, Dr.

I. Publice iuris criminalis atque processus criminalis exercitationes practicas moderabitur d. Iov. h. V-VI.

II. Privatim 1) ius criminale Germanicum, iure criminali Germanico militari incluso, d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) processum criminalem Germanicum d. Mart. h. IX-X, d. Sat. h. VIII-X docebit.

3. *Privatim docentium.*

A. Franken, Dr.

I. Gratis 1) historiam et elementa iuris matrimonii quod vocatur civilis d. Merc. h. XI-XII exponet; 2) introductionem in processum civilem Franco-Gallicum, ratione habita iuris Rhenani nec non novi codicis Germanici d. Sat. h. XI-I tradet.

II. Privatim encyclopaediam iuridicam d. Lun. Mart. Iov. h. XI-XII docebit.

III. Privatissime repetitoria et examinatoria de omnibus iuris Romani, Germanici, Gallici disciplinis, sermone seu vernaculo seu latino instituenda offert horis definiendis.

R. Ryck, Dr.

Privatim 1) ius hereditarium Romanum d. Mart. h. VIII-X, d. Iov. h. IX-X; 2) institutiones et antiquitates iuris Romani d. Merc. h. IV-VI, d. Sat. h. V-VI docebit.

F. E. M. Schmidt, Dr.

I. Privatim pandectarum et antiquitatum iuris Romani repetitorium interspersis exercitationibus exegeticis sexies p. hebd. h. V-VI moderabitur.

II. Privatissime, sicuti ceterarum iuris partium, ita publici et gentium iuris, nec non recentioris, ratione iuris publici et gentium habita, historiae repetitoria et examinatoria, sive vernaculo sive Latino sive Franco-Gallico usurus sermone, petentibus offert.

III. ORDINIS MEDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

R. Virchow, Dr. Dec.

I. Publice de morbis ossium disseret d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim anatomiam pathologicam specialem tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII.

III. Privatissime 1) cursum anatomes et microscopiae pathologicae nec non artis cadavera morbosa secandi d. Lun. Merc. Sat. h. VII-IX mat.; 2) cursum histologiae pathologicae practicum d. Mart. Iov. Ven. h. VII-IX mat. offert.

H. A. Bardeleben, Dr.

I. Privatim 1) aciurgiam docebit d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) clinicen chirurgicam in nosocomio Caritatis moderabitur quotidie h. IX½-XI.

II. Privatissime exercitationes operationum chirurgicarum offert d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VI-VIII vesp.

Æ. du Bois-Reymond, Dr.

I. Publice de materiae organicae mutandae condicionibus physicis leget d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim primam physiologiae partem docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime exercitationes physiologicas in laboratorio physiologico offert dieb. et hor. defin.

F. Th. Frerichs, Dr.

Privatim 1) clinicen medicam in nosocomio Caritatis quinquies per hebd. h. XI-XII moderabitur; 2) pathologiam et therapiam specialem quinquies per hebd. h. XII-I docebit.

A. Hirsch, Dr.

I. Publice de historia, geographia et aetiologia morborum popularium maxime memorabilium leget d. Lun. Merc. h. V-VI.

II. Privatim pathologiam et therapiam specialem d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V docebit.

B. de Langenbeck, Dr.

I. Privatim clinicen chirurgicam in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur sexies p. hebd. h. II-IV.

II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum offert d. Merc. Ven. Sol. h. VI-VIII mat.

E. Leyden, Dr.

I. Publice de morbis pulmonum disseret bis per hebd. d. Lun. et Mart. h. XI-XII.

II. Privatim clinicen propaedeuticam moderabitur in nosocomio Caritatis sexies p. hebd. h. VIII-IX½.

M. E. O. Liebreich, Dr.

I. Publice de urinae chemia adhibitis experimentis leget d. Lun. h. VI-VII vesp.
II. Privatim materiam medicam et artem formulas scribendi cum experimentis docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. V-VI.
III. Privatissime exercitationes pharmacologicas in laboratorio instituti pharmacologici moderabitur quotidie h. XI-V.

C. B. Reichert, Dr.

I. Publice de generatione disseret d. Merc. h. VIII-IX.
II. Privatim 1) historiam evolutionis corporis humani et animalium demonstrationibus adiunctis d. Sat. h. VIII-IX et h. XI-XII; 2) anatomiam comparatam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX docebit.
III. Privatissime 1) de corporis humani textura et structura microscopica leget dieb. et hor. defin.; 2) exercitationes zootomicas et microscopicas in museo anatomico moderabitur quotidie h. X-I.

C. Schrœder, Dr.

I. Publice de morbis vaginae et vulvae disseret d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim 1) clinicen obstetriciam et gynaecologicam moderabitur sexies p. hebd. h. X-XI; 2) gynaecologiam docebit quater p. hebd. h. V-VI.

C. Schweigger, Dr.

I. Publice de morbis refractionis, accommodationis et musculorum oculi d. Merc. et Sat. h. XII-I leget.
II. Privatim clinicen et policlinicen ophthalmiatricam, clinicen in nosocomio Caritatis d. Lun. Mart. Iov. et Ven. h. XII-1, policlinicen Marien-Str. 23 sexies h. I-II moderabitur.

C. Westphal, Dr.

I. Publice de morbis medullae spinalis dieb. et hor. postea defin. leget.
II. Privatim clinicen morborum animi et systematis nervosi in nosocomio Caritatis moderabitur dieb. defin. h. VIII-IX½.

2. *Professorum extraordinariorum.*

E. Albrecht, Dr.

Privatim 1) morbos dentium et oris explicabit d. Lun. Iov. Sat. h. VI-VII; 2) policlinicen odontiatricam moderabitur quotidie h. II-III.

F. Bvsch, Dr.

Privatim tractabit capita selecta chirurgiae generalis et specialis d. Mart. Iov. Sat. h. V-VI.

O. Fræntzel, Dr.

I. Publice de morbis pulmonum d. Sat. h. I-II disseret.
II. Privatim auscultationis, percussionis ceterarumque explorandi methodorum artem exercitationibus adiunctis exponet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XII-I.
III. Privatissime cursum laryngoscopicum offert d. Lun. et Iov. h. VII-VIII.

G. Fritsch, Dr.

I. Publice anatomiam physiologicam organorum centralium systematis nervosi tradet demonstrationibus adiunctis d. Ven. h. X-XI.
II. Privatim zoologiam medicinalem ratione imprimis habita parasitorum exponet d. Mart. Merc. et Iov. h. X-XI.
III. Privatissime encheiresin et observationis et praeparationis in usum microscopii demonstrabit exercitationibus practicis adhibitis d. Mart. et Iov. h. VI-VII vesp.

E. Gvrlt, Dr.

Privatim de arte fasciarum applicandarum adiunctis demonstrationibus et exercitationibus d. Lun. Mart. Merc. h. III-IV disseret.

R. Hartmann, Dr.

I. Publice de syndesmologia humana d. Ven. h. VIII-IX disseret.
II. Privatim 1) osteologiam humanam d. Mart. Merc. Sat. h. VIII-IX tradet; 2) capita selecta anatomes chirurgico-topographicae d. Merc. h. V-VII tradet.

E. Henoch, Dr.

Privatim clinicen et policlinicen morborum infantium in nosocomio Caritatis, clinicen d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII; policlinicen quotidie ab h. I moderabitur.

H. Iacobson, Dr.

I. Publice de morbis cordis et pulmonum demonstrationibus adiunctis d. Merc. Sat. h. IV-V disseret.
II. Privatissime exercitationes pathologicas hor. postea def. moderabitur.

G. Lewin, Dr.

I. Publice 1) policlinicen morborum cutis et syphiliticorum d. Mart. et Ven. h. I-II moderabitur; 2) pathologiam et therapiam morborum cutis et syphiliticorum hor. def. tradet.
II. Privatim clinicen morborum cutis et syphiliticorum d. Lun. h. I-II, d. Merc. Sat. h. XII-I moderabitur.

C. Liman, Dr.

I. Publice selecta capita hygieines publicae exponet d. Sat. h. VI-VII p. m.
II. Privatim 1) medicinam forensem studiosis iuris accommodatam adiunctis demonstrationibus docebit d. Lun. et Iov. h. X-XI; 2) medicinam forensem in usum medicinae studiosorum docebit d. Mart. et Ven. h. XII½-I¼; 3) cursum demonstrativum obductionum medico-legalium in instituto Regio medico-forensi instituet h. I-III; 4) cursum practicum nec non exercitationes artis cadavera secandi ibidem quotidie reget h. I-III.

A. Lvcæ, Dr.

Privatim 1) policlinicen otiatricam d. Mart. et Ven. h. X-XI in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur; 2) cursum otiatrices iunctis operationibus demonstrativum hor. def. offert.

I. Meyer, Dr.

I. Publice de arte aegrotos examinandi adiectis colloquiis de selectis pathologiae et therapiae capitibus disseret d. Sat. h. I-II.

II. Privatim exercitationes clinicas in instituto policlinico universitatis d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. I-II moderabitur.

H. Mvnk, Dr.

I. Publice physiologiam nervorum specialem adiunctis experimentis docebit d. Lun. h. V-VI.

II. Privatim de physiologia circulationis et respirationis disseret d. Merc. et Sat. h. IV-VI.

III. Privatissime et gratis colloquia moderabitur physiologica d. Mart. h. VI-VIII.

E. Salkowski, Dr.

I. Publice de chemia urinae disseret d. Merc. h. V-VI.

II. Privatim capita selecta chemiae physiologicae et pathologicae experimentis adiunctis tradet d. Lun. et Iov. h. V-VI.

II. Privatissime exercitationes practicas in laboratorio chemico instituti pathologici moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

C. Skrzeczka, Dr.

Privatim hygieinen publicam et politiam medicam d. Mart. Iov. Ven. hor. def. docebit.

H. Senator, Dr.

I. Publice de morbis infantium disseret d. Merc. et Sat. h. V-VI.

II. Privatim semioticen et diagnosticen medicam tam physicalem quam chemicam iunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis docebit quotidie h. XI-I.

L. Waldenbvrg, Dr.

Privatim 1) de percussione, auscultatione ceterisque explorandi methodis cursum practicum d. Mart. Ven. Sat. h. VI-VII habebit; 2) laryngoscopiam cursu practico d. Merc. h. VI-VII docebit.

3. *Privatim docentium.*

I. Bergson, Dr.

Privatim 1) doctrinam formulas medicas rite concinnandi generalem et specialem d. Lun. Iov. h. V-VI; 2) pathologiam et therapiam specialem sexies p. hebd. h. VI-VII docebit.

M. Bernhardt, Dr.

I. Gratis instituet cursum electrotherapiae cum demonstrationibus semel p. hebd. h. def.

II. Privatim tradet semioticen et diagnosticen morborum systematis nervosi iuncto cursu electrotherapiae cum demonstrationibus bis p. hebd. hor. def.

H. Bose, Dr.

I. Privatim capita selecta chirurgiae specialis exponet ter p. hebd.

II. Privatissime cursum fasciarum ligandarum habebit hor. defin.

M. Bvrchardt, Dr.

I. Gratis de morbis venereis d. Merc. h. V-VI aget.

II. Privatim de morbis cutis adiunctis demonstrationibus microscopicis d. Mart. et Ven. h. V-VI disseret.

H. Cvrschmann, Dr.

I. Gratis de microscopii usu ad cognoscendos et examinandos morbos internos demonstrationibus et exercitationibus adiunctis d. Merc. et Sat. h. VI-VII disseret.

II. Privatim de physiologia et pathologia cerebri, maxime de eius affectionibus partialibus, adiunctis demonstrationibus et experimentis ter per hebd. dieb. et hor. def. aget.

III. Privatissime offert cursum diagnosticum morborum internorum dieb. et hor. def.

C. A. Ewald, Dr.

I. Gratis de sanguine disseret ratione physiologica et pathologica habita et experimentis adiunctis d. Ven. et Mart. h. IX-X.

II. Privatim pathologiam et therapiam specialem tractus respiratorii atque circulationis systematis docebit d. Lun. Mart. Merc. et Ven. h. VIII-IX.

F. Falk, Dr.

Gratis 1) de encyclopaedia et methodologia medicinae disseret d. Lun. h. IX-X; 2) capita selecta hygieines publicae tractabit d. Mart. h. VI-VII.

H. Fasbender, Dr.

I. Privatim artem obstetriciam d. Lun. Mart. Iov. h. VIII-IX docebit.

II. Privatissime cursum operationum obstetriciarum una cum exercitationibus ad machinam instituendis d. Merc. Ven. Sat. h. VIII-IX offert.

B. Frænkel, Dr.

I. Gratis laryngoscopiam et rhinoscopiam adiunctis demonstrationibus d. Iov. h. VI-VII docebit.

II. Privatim pathologiam et therapiam specialem quotidie h. VII-VIII mat. tradet.

III. Privatissime cursus laryngoscopiae et rhinoscopiae hor. def. offert.

P. Gveterbock, Dr.

I. Gratis 1) cursum systematicum diagnoseos chirurgicae demonstrationibus illustratae semel p. hebd. hor. def. offert; 2) de morbis uropoetici et generationis apparatus cum demonstrationibus anatomicis et practicis d. Ven. h. VI-VII disseret.

II. Privatissime repetitoria tam aciurgica quam chirurgica offert.

P. Gvttmann, Dr.

I. Gratis de morbis pulmonum et cordis adiunctis demonstrationibus semel p. hebd. hor. def. aget.

II. Privatim percussionem, auscultationem aliasque explorandi methodos adiunctis exercitationibus d. Lun. Merc. Ven. h. III-IV docebit.

A. Gvttstadt, Dr.

Gratis de hygieine publica et statistica medicinali cum excursionibus aget d. Lun. h. VI-VII.

I. Hirschberg, Dr.

I. Gratis opticen in usum medicorum accommodatam bis p. hebd. hor. def. tractabit.

II. Privatim 1) cursum ophthalmoscopii bis p. hebd. hor. def.; 2) cursum operationum ophthalmiatricarum bis p. hebd. hor. def. habebit.

S. Kristeller, Dr.

Gratis de sterilitate d. Lun. h. V-VI disseret.

R. V. Krœnlein, Dr.

I. Gratis de herniis abdominalibus semel p. hebd. disseret.

II. Privatim diagnosticen chirurgicam iunctis demonstrationibus et exercitationibus ter p. hebd. docebit.

E. Kvester, Dr.

I. Gratis de fracturis et luxationibus cum demonstrationibus anatomicis et chirurgicis disseret bis p. hebd. d. Mart. et Ven. h. IV-V.

II. Privatim de morbis systematis urogenitalis masculini bis p. hebd. d. Lun. et Iov. h. IV-V leget.

III. Privatissime cursum fasciarum ligandarum cum exercitationibus offert semel p. hebd. hora adhuc def.

L. Landav, Dr.

I. Gratis artem gynaecologicam operativam tradet bis p. hebd. hor. def.

II. Privatim artem obstetriciam theoreticam cum exercitationibus in machina instituendis ter p. hebd. hor. def. docebit.

M. Litten, Dr.

Gratis 1) lectiones de renum morbis iunctas cum exercitationibus urinam microscopice et chemice scrutandi bis p. hebd. hor. def. offert; 2) quomodo oculorum morbi in morbis internis sese habeant docebit semel per hebd. hor. def.

Chr. A. H. Loehlein, Dr.

I. Gratis de morbis uteri disseret d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim artem obstetriciam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum exercitationibus in machina adiunctis offert hor. def.

A. Martin, Dr.

I. Privatim artem obstetriciam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. def.

II. Privatissime cursum operationum gynaecologicarum offert cum exercitationibus explorandi d. Merc. et Sat. hor. adhuc def.

L. Mayer, Dr.

I. Gratis 1) de febri puerperali disseret d. Sat. h. V-VI; 2) partium genitalium muliebrium tumores tractabit d. Merc. h. V-VI.

II. Privatim gynaecologiam demonstrationibus adiunctis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI docebit.

E. Mendel, Dr.

I. Gratis 1) de imputabilitate cum demonstrationibus in usum tam medicinae quam iuris studiosorum d. Merc. h. VI-VII disseret; 2) anatomiam cerebri ad usum psychiatriae et psychiatriam theoreticam d. Lun. et Sat. h. VI-VII docebit.

II. Privatim cursum psychiatriae cum demonstrationibus atque exercitationibus d. Mart. et Ven. h. VI-VII instituet.

A. Mitscherlich, Dr.

Gratis de morbis chirurgicis organorum uropoeticorum et genitalium cum demonstrationibus d. Mart. Ven. h. V-VI.

L. Perl, Dr.

I. Gratis balneologiam et balneotherapiam semel p. hebd. hor. def. docebit.

II. Privatim capita selecta pathologiae et therapiae specialis ter p. hebd. hor. def. tractabit.

I. Pincvs, Dr.

I. Gratis 1) de morbis cutis et capillorum disseret d. Lun. h. VI-VII; 2) de morbis qui genitalium irritatione exoriuntur d. Sat. h. VI-VII.

II. Privatim hygieinen, diaeteticen et balneotherapiam docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-VII.

F. Ravoth, Dr.

I. Gratis repetitorium chirurgiae practicae instituet d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim chirurgiam generalem et specialem docebit sexies per hebd. h. IX-X.

L. P. Riess, Dr.

Privatim 1) artem auscultationis et percussionis adiunctis exercitationibus bis p. hebd. h. V-VI docebit; 2) selecta capita pathologiae et therapiae specialis adiunctis demonstrationibus bis p. hebd. h. V-VI tractabit.

G. Sander, Dr.

I. Gratis 1) psychiatriam docebit demonstrationibus illustratam bis p. hebd. hor. def.; 2) de imputabilitate nec non de disponendi facultate disseret cum demonstrationibus semel p. hebd. d. Merc. h. V-VI.

II. Privatim cursum instituet dignoscendorum atque in foro arbitrandorum animi morborum quater p. hebd. hor. adhuc def.

R. Schelske, Dr.

Gratis 1) de vitiis oculi humani opticis disseret d. Merc. Sat. h. XII-I; 2) de anomaliis musculorum oculi d. Mart. h. XII-I.

I. Schiffer, Dr.

Gratis 1) pathologiae et therapiae experimentalis capita selecta bis per hebd. hor. def. exponet; 2) de urinae secretionis physiologia et pathologia semel p. hebd. hor. def. disseret.

H. Schœler, Dr.

I. Gratis selecta capita ophthalmologiae cum demonstrationibus practicis tractabit bis p. hebd. hor. def.
II. Privatim cursum ophthalmoscopicum instituet ter p. hebd. hor. def.
III. Privatissime cursum operationum ophthalmiatricarum bis p. hebd. hor. def. moderabitur.

I. V. Schœller, Dr.

Privatim clinicen obstetriciam in nosocomio Regio Caritatis moderabitur d. Mart. et Iov. h. IV-V et Sat. h. IV-VI.

O. Simon, Dr.

I. Gratis de morbis venereis adiunctis demonstrationibus d. Merc. et Sat. h. VII-VIII matut. aget.
II. Privatim de morbis cutaneis cum demonstrationibus, etiam microscopicis d. Mart. Iov. Ven. h. VII-VIII matut. disseret.
III. Privatissime cursum dermatologiae habebit hor. def.

E. Steinaver, Dr.

I. Gratis toxicologiae experimentalis partem alteram d. Ven. h. III-IV tradet.
II. Privatim materiam medicam experimentis adiunctis artemque formulas medicas rite concinnandi d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. III-IV docebit.

A. Tobold, Dr.

I. Gratis laryngoscopiam iunctis exercitationibus docebit d. Mart. h. II-III.
II. Privatissime cursus laryngoscopiae dieb. adhuc def. offert.

F. Travtmann, Dr.

Privatim artem otiatricam cum demonstrationibus docebit d. Merc. et Sat. h. IV-VI.

F. E. Weber-Liel, Dr.

Gratis 1) otiatricen adiunctis experimentis et demonstrationibus d. Sol. h. IX-XII docebit; 2) cursum otiatrices iunctis exercitationibus operationum hor. adhuc def. instituet.

G. Wegner, Dr.

Privatim anatomiam tumorum microscopicam bis p. hebd. h. XII-I tractabit.

C. Wernicke, Dr.

I. Gratis anatomiam cerebri, qua adhibita morbi eius cognoscantur, docebit d. Iov. h. VI-VII.
II. Privatim de morbis cerebri aget d. Mart. et Ven. h. IV-V.

I. Wolff, Dr.

I. Gratis de morbis urethrae, vesicae urinariae, recti, cum demonstrationibus d. Iov. h. IV-V disseret.
II. Privatim 1) chirurgiam generalem et specialem adiunctis demonstrationibus d. Lun. Mart. Ven. h. IV-V docebit; 2) artem fasciarum ligandarum cum exercitationibus d. Merc. et Sat. h. IV-V docebit.

M. Wolff, Dr.

Gratis de morbis organorum uropoeticorum et genitalium adiunctis demonstrationibus disseret die et hor. def.

G. Zvelzer, Dr.

Gratis capita selecta pathologiae specialis semel per hebd. tradet hor. def.

IV. ORDINIS PHILOSOPHICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

A. Tobler, Dr. Dec.

I. Publice exercitationes societatis Romanensis moderabitur d. Sat. h. X-XII.
II. Privatim 1) historiam litterarum Provincialium tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) selecta linguae Francogallicae vetustioris specimina exclusis antiquissimis interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. h. IX-X.

H. E. Beyrich, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

A. Bravn, Dr.

I. Publice systema naturale plantarum tractabit d. Merc. h. VI-VII.
II. Privatim botanicen generalem (morphologiam et physiologiam plantarum) docebit quotidie h. VII-VIII. Accedent demonstrationes in horto botanico d. Sat. h. VI-VII et excursiones botanicae tempore idoneo instituendae.

E. Cvrtivs, Dr.

I. Publice exercitationes archaeologicas moderabitur d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim 1) archaeologiam artium Graecarum et Romanarum adhibitis Regii musei monumentis tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) mythologiam graecam musei Regii monumenta illustrans d. Merc. et Sat. h. IX-X docebit.

H. G. Dove, Dr.

Valetudine impeditus lectiones non habebit.

I. G. Droysen, Dr.

I. Publice exercitationes societatis historicae instituet d. Sat. h. VI-IX.
II. Privatim 1) historiam Graecam et Macedonicam inde a pugna apud Mantineam commissa enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. IV-V; 2) historiam aevi recentioris inde ab anno 1648 usque ad Friderici Magni exitum tradet d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. V-VI.

G. Fœrster, Dr.

I. Publice artem positiones geographicas determinandi docebit d. Ven. h. III-IV et hora vesp. postea def.
II. Privatim astronomiam sphaericam et theoriam instrumentorum tradet accitis exercitationibus astronomicis d. Mart. et Ven. h. I-III et horis vesp. post. def.

H. Grimm, Dr.

I. Privatim artium in Italia renascentium historiam quater p. hebd. enarrabit h. I-II.
II. Privatissime et gratis exercitationes ad artis historiam spectantes moderabitur d. Mart. h. VI-VIII.

F. Harms, Dr.

I. Publice historiam philosophiae iuris d. Merc. et Sat. h. XI-XII docebit.
II. Privatim psychologiam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII tradet.

H. Helmholtz, Dr.

I. Privatim 1) physices experimentalis partem secundam, i. e. theoriam electricitatis, magnetismi et luminis tradet d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XII-I; 2) acusticen theoreticam exponet d. Lun. Mart. Ven. h. IX-X.
II. Privatissime exercitationes practicas in laboratorio physico quotidie h. X-III moderabitur.

A. G. Hofmann, Dr.

Privatim 1) chemiam experimentalem organicam docebit d. Lun. h. IX-XI, d. Mart. Merc. h. X-XII; 2) exercitationes chemicas in laboratorio universitatis moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

Æ. Hübner, Dr.

I. Privatim 1) historiam eloquentiae Graecae enarrabit selectaque orationum capita interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) de Taciti vita et scriptis disseret atque Agricolam eius explicabit d. Lun. Mart. Iov. h. I-II.
II. Privatissime et gratis exercitationes societatis philologicae moderabitur d. Ven. h. VII-IX vesp.

V. Iagić, Dr.

I. Publice historiam grammaticae polonicae enarrabit d. Merc. et Sat. h. XII-I.
II. Privatim grammaticam linguae russicae habita ratione linguae palaeoslovenicae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.
III. Privatissime exercitationes slavicas moderabitur d. Merc. et Sat. h. I-II.

H. Kiepert, Dr.

I. Publice geographiam et ethnographiam citerioris Asiae exponet d. Mart. et Ven. h. IX-X.
II. Privatim geographiam physicam docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. Kirchhoff, Dr.

I. Privatim 1) Aeschyli Eumenides interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) de dialectis linguae Graecae disseret iisdem dieb. h. X-XI.
II. Privatissime et gratis exercitationes philologicas instituet d. Sat. h. VI-VIII.

G. Kirchhoff, Dr.

I. Publice capita selecta electrodynamices tractabit d. Iov. h. IX-X.
II. Privatim mechanicen corporum solidorum et fluidorum docebit d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

E. E. Kummer, Dr.

Privatim theoriam linearum duplicis curvaturae et superficierum curvarum tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

R. Lepsius, Dr.

I. Publice 1) de vita et institutis Aegyptiorum disseret d. Iov. h. II-III; 2) monumenta Aegyptia explicabit d. Ven. h. I-II.
II. Privatissime grammaticam hieroglyphicam docebit d. Lun. Mart. Merc. h. II-III.

Th. Mommsen, Dr.

I. Privatim de rebus Romanorum aetate Diocletiana et deinceps disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.
II. Privatissime et gratis exercitationes ad res Romanas spectantes moderari perget d. Merc. h. VI-VIII vesp.

C. Muellenhoff, Dr.

I. Publice exercitationes societatis Theodiscae moderari perget d. Iov. h. V-VII.
II. Privatim 1) grammaticam Theodiscam d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. V-VI; 2) artem metricam Theodiscam d. Sat. h. V-VII docebit.

C. W. Nitzsch, Dr.

I. Publice exercitationes historicas moderari perget d. Sat. h. XI-I.
II. Privatim res Germanicas inde a Stauforum aetate usque ad finem saeculi XVI enarrabit quinquies p. hebd. h. XII-I.

W. Peters, Dr.

I. Privatim 1) zoologiam generalem et specialem iunctis demonstrationibus in museo Regio zoologico docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. I-II; 2) entomologiam tradet d. Lun. et Iov. h. VIII-IX; 3) zootomiam vel anatomiam comparatam hor. def. docebit.
II. Privatissime exercitationes zoologico-zootomicas d. Mart. et Ven. h. VII-IX una cum de Martens moderabitur.

C. Rammelsberg, Dr.

I. Publice geologiae fundamenta chemica exponet d. Lun. h. IX-X.
II. Privatim chemiae anorganicae partem alteram tradet d. Mart. Merc. Sat. h. IX-XI.

E. Sachau, Dr.

I. Publice 1) de Eranica medii aevi scriptura et lingua disseret d. Iov. et Ven. h. XI-XII; 2) selecta opera Neoturcica interpretabitur d. Iov. et Ven. h. XII-I.
II. Privatim 1) exercitationes Arabicas (Mufassal et Kazwinii Cosmographia) moderabitur d. Lun. Mart. Merc. h. XI-XII; 2) Coranum interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. h. XII-I.

I. Schmidt, Dr.

I. Publice linguae Graecae stirpium formationem explicabit d. Mart. et Ven. h. X-XI.
II. Privatim grammaticam comparatam linguae Sanscritae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

E. Schrader, Dr.

I. Publice historiam Assyriorum et Babyloniorum tradet d. Lun. et Iov. h. III-IV.

II. Privatim scripturam linguamque Assyriacam docebit et inscriptiones cuneatas in museo Regio asservatas explicabit d. Mart. Merc. Ven. h. III-IV.

III. Privatissime et gratis 1) syllabaria Assyriaca explicabit nec non linguae Accadicae elementa tradet d. Merc. h. IV-V; 2) grammaticam linguae Syriacae docebit d. Mart. et Ven. h. IV-V.

H. de Treitschke, Dr.

I. Publice de Franco-Galliae historia disseret d. Mart. et Ven. h. XI-XII.

II. Privatim Borussorum historiam enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI.

I. Vahlen, Dr.

I. Publice societatis Latinae exercitationes moderari perget d. Mart. et Ven. h. XII-I.

II. Privatim 1) Ciceronis de legibus libros enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) Platonis Phaedrum interpretabitur d. Lun. Iov. h. XII-I.

A. Wagner, Dr.

I. Publice exercitationes oeconomico-politicas moderari perget hor. def.

II. Privatim 1) oeconomiam nationalem duce libro suo „Grundlegung der allgemeinen Volkswirthschaftslehre, Leipzig 1876" docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) doctrinam administrationis internae tradet eisdem diebus h. IX-X.

W. Wattenbach, Dr.

I. Publice exercitationes historicas instituet duce Widukindi libro de rebus gestis Saxonicis d. Merc. h. II-IV.

II. Privatim palaeographiam Latinam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III-IV

A. Weber, Dr.

I. Publice Bhavabhûtis Mâlatîmâdhavam interpretabitur d. Lun. et Iov. h. II-III.

II. Privatim 1) Rigvedae aut Atharvavedae hymnos explicabit d. Lun. Merc. Iov. h. III-IV; 2) grammaticam Zendicam aut Pâlicam tradet sive scholas alterius utrius linguae moderabitur d. Merc. h. IV-VI.

III. Privatissime scholas offert Sanscritas Pâlicas Zendicas.

M. Websky, Dr.

I. Publice de paragenesi fossilium disseret d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim calculum crystallographicum docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.

C. Weierstrass, Dr.

Privatim 1) Problemata selecta geometrica et mechanica functionum ellipticarum ope tractabit d. Lun. et Ven. h. XI-I; 2) calculum variationum docebit d. Mart. et Iov. h. XI-I.

E. Zeller, Dr.

I. Publice de librorum authentia et rerum gestarum veritate diiudicanda disseret d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim 1) philosophiam iuris tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) logicam et theoriam cognitionis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

I. Zvpitza, Dr.

I. Publice exercitationes ad grammaticam linguae Anglicae historicam spectantes continuabit d. Merc. h. VIII-X.

II. Privatim Shaksperii Hamletum interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. VII-VIII mat.

M. Lazarvs, Dr. Prof. honorarius.

Lectiones hoc semestri non habebit.

2. *Academiae scientiarum Regiae sodalium.*

G. Waitz, Dr.

Privatissime et gratis exercitationes historicas instituet d. Ven. h. VI.

3. *Professorum extraordinariorum.*

C. A. Althavs, Dr.

I. Publice philosophiae Hegelii principia examinabit d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim historiam philosophiae universam usque ad saec. XVIII enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

P. F. A. Ascherson, Dr.

I. Publice excursiones botanicas moderabitur d. dom.

II. Privatim exercitationes plantas rite describendi et determinandi instituet semel p. hebd. hor. def.

A. Bastian, Dr.

Publice ethnologiam generalem tradet d. Mart. Ven. h. IV-V.

H. Bellermann, Dr.

I. Publice historiae musices primam partem enarrabit, quae veterum Graecorum musicam continet, d. Mart. et Ven. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis in arte contrapuncti exercitationes instituet sequens librum suum „Der Contrapunkt, 2. Aufl., Berlin 1877" hor. def.

H. Berendt, Dr.

Lectiones non habebit.

H. Brvns, Dr.

I. Publice exercitationes circa calculum integralem instituet bis p. hebd. h. def.
II. Privatim calculum integralem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven h. IX-X.

F. Dieterici, Dr.

I. Publice carmina Mutanabbii interpretabitur semel p. hebd. d. Merc. h. IV-V.
II. Privatim Coranum interpretabitur atque una leges syntaxeos Arabicae explicabit ter p. hebd. d. Lun. Mart. Iov. h. IV-V.

G. A. Erman, Dr.

Privatissime et gratis theoriam et artem observationum geographicarum, magneticarum et meteorologicarum tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

A. Garcke, Dr.

I. Publice excursiones botanicas sueto more instituet.
II. Privatim plantas officinales demonstrabit d. Mart. et Merc. h. VIII-X.

C. E. Geppert, Dr.

Valetudine impeditus lectiones non habebit.

F. Th. Haarbrvecker, Dr.

Publice Coranum interpretabitur d. Mart. et Ven. h. V-VI.

L. Kny, Dr.

I. Publice exercitationes microscopicas instituet d. Lun. Merc. h. II-IV.
II. Privatim plantarum physiologiam experimentis illustrandam docebit d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.
III. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio phyto-physiologico moderabitur sexies per hebd. h. IX-I.

C. Koch, Dr.

I. Publice exercitationes in plantis determinandis d. Ven. h. V-VI instituet.
II. Privatim botanicen oeconomicam docebit coniunctis demonstrationibus d. Lun. et Iov. h. V-VII.

E. de Martens, Dr.

I. Publice 1) de fauna Marchica disseret bis p. hebd. hor. def.; 2) excursiones conchyliologicas alternis diebus dominicis instituet.
II. Privatim conchyliologiam generalem et specialem exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. Meitzen, Dr.

I. Publice statisticae demonstrationes et exercitationes instituet hor. duabus vespert. continuis def.
II. Privatim de statisticae artis historia doctrina et adiumentis disseret d. Merc. et Sat. h. VIII-X.

C. L. Michelet, Dr.

Privatissima de qualibet philosophiae doctrina offert.

F. H. Mveller, Dr.

I. Publice de ethnographia Europae disseret d. Merc. h. V-VII.
II. Privatim geographiam atque ethnographiam Asiae tradet quater p. hebd. h. XII-I.

F. G. A. Mvllach, Dr.

I. Publice Q. Horatii Flacci carmina Latine interpretabitur d. Merc. h. VIII-IX.
II. Privatim Aeschyli Agamemnonem explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. Oppenheim, Dr.

I. Privatim technologiam chemicam quater p. hebd. hor. def. tractabit.
II. Privatissime et gratis colloquia chemica moderari perget d. Merc. h. V-VII.

A. E. B. Orth, Dr.

I. Publice 1) de agris aestimandis aget d. Mart. h. X-XI; 2) excursiones tempore idoneo moderabitur.
II. Privatim 1) de humo et aqua hygienae publicae ratione habita disseret d. Lun. Iov. h. X-XI; 2) agriculturam specialem (specielle Ackerbaulehre) tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.
III. Privatissime exercitationes ad res agrarias pertinentes instituet d. Mart. et Iov. h. II-IV.

F. Prætorivs, Dr.

I. Publice linguam Veteris Testamenti Aramaicam cum Hebraica comparabit d. Mart. Ven. h. XII-I.
II. Privatim Al Haririi consessus interpretabitur d. Mart. et Ven. h. XI-XII.

I. Roth, Dr.

I. Publice exercitationes petrographicas instituet d. Merc. h. XI-XII.
II. Privatim petrographiam docebit d. Mart. Ven. h. XI-XII.

E. R. Schneider, Dr.

I. Publice de sulfosalibus nuper inventis disseret semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim methodos pondera atomica constituendi explicabit bis p. hebd. hor. def.

G. Schott, Dr.

I. Publice de monumentis ingenii populorum Fennico-Ugricae stirpis aget bis p. hebd. dieb. et hor. def.
II. Privatim linguam Sinicam secundum grammaticam suam docebit ter p. hebd. d. Lun. Merc. Ven. h. XII-I.
III. Privatissimas Turcicas, Mongolicas, Fennicas scholas offert.

E. Sell, Dr.

I. Publice historiam theoriae chemicae enarrabit d. Lun. h. IV-VI.
II. Privatim 1) chemiam anorganicam experimentalem colloquiis coniunctis sexies docebit h. VIII-IX; 2) exercitationes chemicas de analysi qualitativa et quantitativa in laboratorio suo moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V et d. Sat. h. IX-II.

F. L. Sonnenschein, Dr.

I. Publice colloquia chemica habebit.

II. Privatim chemiam analyticam qualitativam et quantitativam docebit ter p. hebd. hor. def.

III. Privatissime disquisitiones chemicas moderari perget in laboratorio suo h. VIII-XII et II-VI.

Ph. Spitta, Dr.

I. Publice de artis musicae generibus quae „oratorium“ et „opera“ vocantur disseret d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim artis musicae rationem qualis fuit a medio saeculo xviii. usque ad haec tempora explanabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. V-VI.

H. Steinthal, Dr.

. Privatim historiam linguae graecae et latinae adumbrabit ac praesertim linguarum romanicarum naturam et indolem exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

F. Tietjen, Dr.

I. Publice 1) de interpolatione et de integratione numerica disseret d. Merc. h. IX-X; 2) doctrinam et praxin methodice computandi demonstrabit d. Mart. et Ven. h. V-VII.

II. Privatim de methodis ad corporum coelestium orbitas accuratissime determinandas perturbationum ratione habita disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

A. Wangerin, Dr.

I. Publice de theoria atque usu functionum Besselianarum disseret d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) calculum differentialem atque introductionem in analysin tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) geometriam analyticam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

C. Werder, Dr.

Valetudine restaurata lectiones habebit.

H. Wichelhaus, Dr.

Privatim exercitationes in laboratorio technologico universitatis quotidie instituet h. IX-V.

4. *Privatim docentium.*

H. Aron, Dr.

I. Gratis theoriam mechanicam caloris tradet d. Ven. h. VIII-IX.

II. Privatim elasticitatis theoriam docebit d. Merc. Sat. h. XI-I.

I. Barth, Dr.

I. Gratis syntaxin linguae Syriacae docebit et Bernsteinii chrestomathiam Syriacam explicabit d. Mart. et Ven. h. XII-I.

II. Privatim grammaticam linguae Arabicae docebit d. Mart. et Ven. h. XI-XII.

O. Brefeld, Dr.

I. Gratis plantarum anatomiam et histologiam exercitationibus microscopicis instituendis docebit d. Mart. et Iov. h. III-V.

II. Privatim fungorum physiologiam et evolutionis historiam demonstrationibus microscopicis illustrandas docebit d. Lun. Merc. Ven. h. V-VI.

H. Bresslau, Dr.

I. Gratis chronologiam medii aevi tractabit d. Sat. h. II-III.

II. Privatim de re diplomatica disseret praecipue diplomatum quae a nostris regibus et imperatoribus data sunt ratione habita ter p. hebd. h. II-III.

III. Privatissime et gratis exercitationes diplomaticas moderari perget hor. def.

G. Dames, Dr.

I. Gratis de geologia Germaniae septentrionalis adiunctis excursionibus geologicis disseret d. Merc. h. I-II.

II. Privatim de petrefactis praecipuis formationum neptuniarum disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. I-II.

E. Duehring, Dr.

I. Gratis disseret 1) de optimismo et pessimismo philosophico et politico ex indole libri sui „Werth des Lebens“ (2te Aufl., Leipzig 1877) d. Merc. h. VI-VII; 2) de celeberrimis disquisitoribus naturae et geometris ratione habita libri sui „Geschichte der Principien der Mechanik (2te mit einer Anleitung zum Studium der mathematischen Wissenschaften vermehrte Auflage. Leipzig 1877)“ d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim docebit 1) historiam philosophiae ab eius primordiis usque ad haec tempora ad normam libri sui „Kritische Geschichte der Philosophie“ (2te Aufl. Berlin 1873) d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) oeconomiam nationalem inclusa politica oeconomiae ex indole libri sui „Cursus der National- und Social-Oekonomie (2. Aufl. Leipzig 1876)“ d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

B. Erdmann, Dr.

I. Gratis introductionem in philosophiam huius aetatis tradet d. Merc. Sat. h. XII-I.

II. Privatim historiam et criticen philosophiae Kantianae tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

III. Privatissime et gratis exercitationes philosophicas instituet proposita Kantii critices rationis purae lectione hor. def.

L. Geiger, Dr.

I. Privatim historiam litterarum Germanicarum inde a Klopstockio usque ad Schilleri mortem tradet d. Lun. et Iov. h. III-V.

III. Privatissime et gratis exercitationes ad historiam litterarum Germanicarum spectantes moderari perget d. Sat. h. IX-XI.

P. Glan, Dr.

I. Gratis elementa theoriae visus tradet d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim exercitationes practicas ad usum instrumentorum physicorum spectantes instituet d. Ven. et Sat. h. V-VIII.

I. P. O. Hassel, Dr.

I. Privatim historiam Germaniae inde ab anno 1517 usque ad annum 1648 quater p. hebd. hor. def. tradet.

II. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderari perget.

R. Hoppe, Dr.

Privatim 1) calculum differentialem et theoriam serierum duce libro suo explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. II-III; 2) mechanicen analyticam docebit iisdem diebus h. III-IV; 3) theoriam functionum ellipticarum tradet d. Lun. et Iov. h. V-VII.

M. Iordan, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

E. Kayser, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

C. Liebermann, Dr.

Privatim 1) chemiae organicae partem alteram docebit d. Mart. h. IX-XI et Ven. h. XI-I; 2) exercitationes chemicas in laboratorio organico academiae Regiae technicae (Gewerbe-Akademie) moderabitur quotidie h. IX-V.

C. A. Lossen, Dr.

Itinere geognostico impeditus lectiones hoc semestri non habebit.

F. A. Maercker, Dr.

I. Gratis 1) ethices veterum principia exponet Aristotele duce d. Sat. h. XII-I; 2) rhetoricen docebit d. Merc. h. VI-VII; 3) exercitationes rhetoricas instituet d. Merc. h. VII-VIII.

II. Privatim philosophiam artis veterum tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

P. Magnvs, Dr.

Privatim historiam naturalem algarum docebit d. Mart. et Ven. h. IX-X.

F. Neesen, Dr.

I. Gratis opticen geometricam semel p. hebd. hor. def. docebit.

II. Privatissime repetitorium physices instituet quater p. hebd. hor. def.

F. Pavlsen, Dr.

I. Gratis exercitationes philosophicas moderabitur libro Spinozae qui inscribitur Ethica ad explicandum proposito d. Merc. h. VII-IX mat.

II. Privatim historiam philosophiae saec. XVII et XVIII enarrabit ratione habita universae culturae huius aetatis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

A. Pinner, Dr.

Privatim 1) chemiam anorganicam experimentis illustratam sexies docebit h. VIII-IX; 2) pharmaciam anorganicam experimentis coniunctis quater p. hebd. docebit hor. def.

I. Prvtz, Dr.

I. Gratis historiam expeditionum crucesignatorum, quae vocantur, enarrabit d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim historiam Germaniae inde ab a. 1495 usque ad a. 1648 enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

III. Privatissime et gratis exercitationes historicas de fontibus et antiquitatibus ad historiam expeditionum crucesignatorum spectantibus moderari perget d. Sat. h. XI-I.

C. Robert, Dr.

I. Gratis musei Regii gypsea ectypa explicabit d. Merc. et Sat. h. X-XI.

II. Privatim Euripidis Bacchas interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

III. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas moderabitur bis hor. defin.

G. Treu, Dr.

I. Gratis exercitationes archaeologicas moderari perget.

II. Privatim sculpturae apud Graecos Romanosque historiam inde ab initio quarti ante Chr. n. saeculi adumbrabit d. Merc. et Sat. h. XI-XII.

L. Wittmack, Dr.

Gratis de seminibus oeconomicis iisque quae cum illis commutari vel commisceri solent disseret d. Ven. h. IV-VI.

SCHOLAE LECTORVM RECENTIORES LINGVAS DOCENTIVM.

G. Michaelis, Dr. Lector stenographiae.

I. Gratis 1) stenographiam Germanicam docebit accedentibus exercitationibus practicis d. Mart. et Ven. h. V-VI; 2) de orthographia Germanica disseret d. Lun. h. V-VI.

II. Privatissima offert stenographica Germanica, Anglica, Gallica, Italica, Hispanica.

PVBLICA DOCTRINAE SVBSIDIA.

Bibliotheca Vniversitatis (Dorotheenstrasse Nr. 9) itemque bibliotheca regia iis, qui libros in quovis genere optimos evolvere volent, quotidie patebit.

Observatorium, hortus botanicus, apparatus herbarius, institutum plantarum physiologiae destinatum (Dorotheenstrasse Nr. 95/6), musea anatomicum, zootomicum, zoologicum, mineralogicum, instrumenta chirurgica, apparatus pharmacologicus, apparatus physicus, instituti regii chartographici copiae, apparatus archaeologicus, Vniversitatis museum Christianum, museum artibus dicatum, imagines gypseae variaque artium opera etc. cum ad lectiones adhibebuntur tum aditus ad haec dabitur suo loco petentibus.

Seminarii theologici exercitationes eas, quae ad V. T. interpretandum pertinent, moderabitur Dillmann; historicis, h. e. ad historiam ecclesiae et dogmatum Christianorum pertinentibus, praeerit Semisch; seminarii practici theologici exercitationes homileticas et catecheticas moderabitur Pfleiderer.

Seminarii iuridici exercitationibus praeerunt Beseler, Brvns, Hinschivs.

Medicinae et chirurgiae studiosis exercitandis inservient theatrum anatomicum et laboratorium physiologicum, institutum pharmacologicum, institutum exercitationibus in medicina forensi destinatum, policlinica tria in nosocomio Vniversitatis (Ziegelstrasse Nr. 6), alterum medicum, alterum chirurgicum, tertium otiatricum, policlinicum ophthalmiatricum (Marienstrasse Nr. 23), clinicum Vniversitatis obstetricium (Dorotheenstrasse Nr. 5) cum policlinico obstetricio; item in nosocomio Caritatis clinica medica duo, chirurgicum, ophthalmiatricum, psychiatricum et neuropathologicum, obstetricium, gynaecologicum, syphiliticis et infantibus curandis destinata, institutum anatomiae et physiologiae pathologicae exercitationibus practicis destinatum: de quorum usu et rectoribus singillatim dictum suis locis est.

In seminario regio philologico Taciti dialogum de oratoribus sodalibus interpretandum proponet Vahlen d. Merc. h. XI-I; Lysiae orationes selectas A. Kirchhoff d. Sat. h. XI-I; disputationibus praeerit Vahlen d. Merc. h. X-XI.

Seminarii mathematici exercitationibus praeerunt Kvmmer et Weierstrass d. Merc. h. IV-VII.

Exercitationes musicae academicorum societatis moderabitur Bellermann d. Ven. h. VIII-X.

ARTIVM EXERCITATIO.

Artem arma tractandi docebit Nevmann, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Artem saltandi docebit Freising, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Equitandi modos docebit Hildebrandt, artis equestris magister in Vniversitate constitutus.

SCHOLAE ORDINE TEMPORVM DESCRIPTAE.

Hora.	THEOLOGICAE.	IVRIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
6-7	. . . .	. . . .	*de Langenbeck* curs. op. chir.	*Braun* syst. nat. plant.
7-8	. . . .	. . . .	*Fraenkel* path. et therap. spec. *Simon* morb. ven. *Id.* morb. cutan.	*Braun* bot. gen. *Id.* demonstr. bot. *Zupitza* Shaksp. Haml.
7-9	. . . .	. . . .	*Virchow* curs. anat. path. *Id.* curs. hist. path.	*Paulsen* exerc. philos. *Peters* cum *de Martens* exerc. zool.
8-9	*Dorner* ethic. christ. *Semisch* hist. eccl. II.	*Bruns* proc. civ. *Gneist* hist. corp. iur. *Goldschmidt* de obligationib. *Id.* de iure assecurat. *Baron* ius hered. Rom. *Id.* ius hered. Boruss. *Rubo* ius crim.	*Bardeleben* aciurg. *Reichert* gener. *Id.* hist. ev. corp. *Id.* anat. comp. *Hartmann* osteol. *Id.* syndesm. *Ewald* morb. resp. et circ. *Loehlein* morb. uteri. *Id.* obstetr. *Fasbender* obstetr. *Id.* curs. operat. obstetr.	*Aron* theor. mech. cal. *Kiepert* geogr. phys. *Kny* plant. physiol. *de Martens* conchyl. *Mommsen* res Rom. aet. Diocl. *Mullach* Horat. carm. *Peters* entomol. *Pinner* chem. anorg. *Prutz* exped. crucesign. *Robert* Eurip. Bacch. *Sell* chem. anorg. *Tobler* hist. lit. Provinc. *Wagner* oecon. nat. *Wangerin* funct. Bessel. *Id.* geom. anal. *Zeller* philos. iur.
8-9½	. . . .	. . . .	*Westphal* clin. morb. animi. *Leyden* clin. propaed. med.	
8-10	. . . .	*Rubo* proc. crim. *Ryck* ius hered. Rom.	. . . .	*Garcke* plant. officin. *Meitzen* statist. *Zupitza* exerc. angl.
8-12	. . . .	. . . .	. . . .	*Sonnenschein* disquis. chem.
9-10	*Dillmann* hist. Israel. *Dorner* encyclop. theol. *Semisch* introduct. in N. T. *Id.* Tertull. Apolog.	*Berner* ius gent. *Beseler* hist. iur. Germ. *Bruns* inst. iur. Rom. *Dernburg* ius societat. *Gneist* ius crim. *Baron* ius Boruss. civ. *Id.* ius Boruss. hered. *de Cuny* ius civ. Gall. *Lewis* ius feud. *Rubo*, proc. crim. *Ryck* ius hered. Rom.	*du Bois-Reymond* mat. org. mut. cond. phys. *Id.* physiol. *Ravoth* chir. *Falk* encyclop. *Ewald* sang.	*Bellermann* hist. mus. *Bruns* calc. integr. *Curtius* mythol. graec. *Duehring* celeb. disquis. nat. *Glan* theor. vis. *Helmholtz* acust. *Kiepert* geogr. As. cit. *A. Kirchhoff* Aesch. Eumen. *G. Kirchhoff* electrodyn. *Magnus* alg. *Orth* agricult. spec. *Rammelsberg* geol. fund. chem. *Tietjen* interpol. et integr. *Id.* meth. ad orbit. determ. *Tobler* spec. Francogall. vet. *Wagner* administr. inter. *Wangerin* calc. different. *Zeller* libr. authent. diiud. *Id.* log. et theor. cogn.

Hora.	THEOLOGICAE.	IVRIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
$9\frac{1}{2}$-11	. . . .	. . . .	*Bardeleben* clin. chir.	
9-11	*Dillmann* syntax. ling. hebr. *Pfleiderer* hist. theol. philosoph.	*Gneist* proc. crim.	*Weber-Liel* otiatr.	*Geiger* exerc. lit. *Hofmann* chem. experim. organ. *G. Kirchhoff* mechan. *Liebermann* chem. organ. *Rammelsberg* chem. anorg.
9-1	. . . .	. . . .	. . . .	*Kny* disquis. bot.
9-5	. . . .	. . . .	*Salkowski* exercit. chem.	*Hofmann* exerc. chem. *Liebermann* exerc. chem. *Sell* exerc. chem. *Wichelhaus* exerc. technol.
10-11	*Benary* Genes. *Lomatzsch* symbol.	*Berner* ius crim. *Beseler* ius publ. *Bruns* hist. iur. Rom. *de Cuny* proc. civ. Germ. *Lewis* ius Germ. priv.	*Liman* med. forens. *Lucae* policlin. òt. *Kuester* fractur. et luxat. *Schroeder* clin. obst. et gyn. *Fritsch* anat. syst. nerv. *Id.* parasit.	*Duehring* hist. philos. *Erdmann* philos. Kant. *A. Kirchhoff* dialect. graec. *Kummer* lin. dupl. curv. *Orth* hum. et aq. *Robert* gyps. ectyp. mus. *Schmidt* stirp. ling. graec. *de Treitschke* hist. Boruss.
10-12	. . . .	*Dernburg* pandect.	. . . .	*Hofmann* chem. exper. organ. *Tobler* exerc. soc. Roman.
10-1	. . . .	. . . .	*Reichert* exerc. zoot. et microsc.	*Vahlen* semin. philol.
10-3	. . . .	. . , ...	. . . .	*Helmholtz* exerc. phys.
11-12	*Benary* I. Samuel. *Nowack* carm. Vet. Ti. *Piper* hist. eccles. I. *Vatke* theol. philos. *Weiss* evang. Ioan.	*Berner* encycl. iur. *Hinschius* ius Boruss. civ. *Franken* ius matrim. civ. *Id.* encycl. iur.	*Reichert* hist. ev. corp. *Frerichs* clin. med. *Virchow* morb. ossium *Id.* anatom. path. *Leyden* morb. pulm.	*Althaus* philos. Hegel. *Id.* hist. philos. univ. *Barth* gramm. ling. Arab. *Duehring* oecon. nat. *Erman* observ. geogr. *Harms* hist. phil. iur. *Id.* psychol. *Praetorius* Al Haririi consess. *Roth* petrogr. *Id.* exerc. petrogr. *Sachau* ling. Eran. *Id.* exerc. Arab. *Schmidt* gramm. Sanscrit. *Steinthal* hist. ling. graec. et lat. *de Treitschke* hist. Francogall. *Treu* sculpt. graec. et rom. *Vahlen* Cic. de leg.
11-1	*Messner* Acta apost.	*Brunner* ius Germ. priv. *Id.* ius commerc. *Heffter* ius gent. *Hinschius* proc. civ. Germ. *Lewis* ius commerc. marit. camb. *Franken* introd. in proc. civ. Gall.	*Senator* sem. et diagnostic.	*Aron* theor. elast. *A. Kirchhoff* semin. philol. *Liebermann* chem. organ. *Nitzsch* exerc. hist. *Prutz* exerc. hist. *Weierstrass* funct. ellipt. *Id.* calc. variat.
11-5	. . . .	. . . .	*Liebreich* exerc. pharmacolog.	
12-1	*Pfleiderer* theol. bibl. N. Ti. *Piper* epigraph. antiq. christ. *Id.* exercit. archaeol. et patrist. *Vatke* introd. in theol. phi-	*Brunner* ius camb. *Hinschius* ius eccl.	*Frerichs* path. et therap. spec. *Henoch* clin. morb. infant. *Lewin* clin. morb. cutis et syphilit. *Schweigger* clinic.	*Barth* syntax. Syr. *Curtius* exerc. archaeol. *Id.* archaeol. art. graec. *Erdmann* introd. in philos. *Helmholtz* phys. exper. *Huebner* eloq. graec. *Iagić* hist. gramm. pol. *Id.* ling. russ. *Maercker* eth. veter.

Hora.	THEOLOGICAE.	IVRIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
	los. *Weiss* epist. cathol.		ophth. *Id.* de refractione et accommodat. *Fraentzel* auscult. et percuss. *Schelske* vit. ocul. *Id.* anom. musc. ocul. *Wegner* tumor.	*Mueller* geogr. As. *Nitzsch* hist. Germ. *Praetorius* ling. Aram. *Sachau* op. Neoturc. *Id.* Coran. *Schott* ling. Sin. *Vahlen* soc. Latin. *Id.* Plat. Phaedr. *Websky* paragen. foss. *Id.* calc. crystallogr.
$12\frac{1}{2}$-$1\frac{1}{4}$	. . . .	. . . .	*Liman* med. forens.	
1-2	. . . .	. . . .	*Schweigger* policl. ophthal. *Fraentzel* morb. pulm. *Henoch* policl. paediatr. *Lewin* policlin. morbor. cut. et syph. *Meyer* policl. *Id.* ars aegr. exam.	*Dames* geol. Germ. septentr. *Id.* petref. form. Nept. *Grimm* art. renasc. *Huebner* Tac. Agric. *Iagić* exerc. slav. *Lepsius* monum. Aegypt. *Peters* zoolog.
1-3	. . . .	. . . .	*Liman* curs. obduct.	*Foerster* astron. sphaer.
2-3	. . . .	. . . .	*Tobold* laryngoscop. *Albrecht* policlin. odontiatr.	*Bresslau* chronol. med. aev. *Id.* diplom. *Hoppe* calc. differ. *Lepsius* instit. Aegypt. *Id.* gramm. hierogl. *Weber* Bhavabhut Mâlatîm.
2-4	. . . .	. . . .	*de Langenbeck* clin. chir.	*Kny* exerc. microsc. *Orth* exerc. agr. *Wattenbach* exerc. hist.
2-6	. . . .	. . . .	. . . .	*Sonnenschein* disquis. chem.
3-4	. . . .	. . . .	*Gurlt* fasc. appl. *Steinauer* toxicol. *Id.* mater. med *Guttmann* ausc. et perc.	*Foerster* posit. geogr. *Hoppe* mechan. analyt. *Schrader* hist. Assyr. *Id.* script. et ling. Assyr. *Wattenbach* palaeogr. Lat. *Weber* Rigv. aut Atharv.
3-5	. . . .	. . . .	. . . .	*Brefeld* plant. anat. *Geiger* hist. litt. Germ.
4-5	*Steinmeyer* homilet. et catech.	. . . .	*Hirsch* path. et ther. *Kuester* morb. urog. *Id.* fract. et luxat. *Schoeller* clin. obstetr. *Trautmann* otiatr. *Wernicke* morb. cereb. *I. Wolff* morb. urethr. *Id.* fasc. *Id.* chirurg. *Iacobson* morb. cord. et pulm.	*Dieterici* carm. Mutan. *Id.* Coran. *Droysen* hist. graec. *Paulsen* hist. phil. *Prutz* hist. Germ. *Schrader* syllab. Assyr. *Id.* gramm. Syr.
4-6	. . . .	*Lewis* ius eccl. *Ryck* inst. et antiq. iur. Rom.	*Schoeller* clin. obst. *Munk* physiol. circ. et resp.	*Sell* hist. theor. chem. *Weber* gramm. Zend. aut Pal. *Wittmack* sem. oecon.
4-7	. . . .	. . . .	. . . .	*Kummer et Weierstrass* semin. math.

Hora.	THEOLOGICAE.	IVRIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
5-6	*Messner* epist. ad Roman. *Plath* Buddhism.	*Beseler* seminar. *Dambach* const. imp. Germ. *Rubo* pract. crim. *Ryck* inst. et antiq. iur. Rom. *Schmidt* repetitor. iur. Rom.	*Hirsch* path. hist. et geograph. *Liebreich* mat. med. *Schroeder* gynaec. *Id.* morb. vagin. *Busch* chirurg. *Salkowski* chem. urin. *Id.* chem. phys. et path. *Bergson* form. med. *Kristeller* steril. *Mitscherlich* morb. org. urop. et gen. *Burchardt* morb. vener. *Id.* morb. cutis. *Mayer* febr. puerp. *Id.* tumores genital. *Id.* gynaecol. *Munk* physiol. nerv. *Ravoth* repet. chirurg. *Id.* chirurg. *Riess* ausc. et perc. *Id.* path. et ther. spec. *Sander* imputabil. *Senator* morb. inf.	*Brefeld* fung. phys. *Droysen* hist. aev. recent. *Haarbruecker* Coran. *Koch* exerc. in plant. determ. *Michaelis* stenogr. Germ. *Id.* orthogr. Germ. *Muellenhoff* gramm. Theod. *Spitta* mus. inde a saec. XVIII.
5-7	*Steinmeyer* exercitt. homilet.	*Dernburg* pract. civ.	*Hartmann* anat. chir. topogr.	*Hoppe* funct. ellipt. *Koch* bot. oecon. *Muellenhoff* exerc. soc. Theod. *Id.* art. metr. Theod. *Mueller* ethnogr. Europ. *Oppenheim* colloq. chem. *Tietjen* doctr. comput.
5-8	. . . .	. . . .	. . . .	*Glan* exerc. ad us. instrum. phys. spect.
6-7	*Plath* Leibnitii cogit. de missione.	*Hinschius* exercit. iur. eccl.	*Liebreich* urin. chem. *Albrecht* morb. dent. et oris. *Liman* hyg. publ. *Waldenburg* curs. ausc. perc. *Id.* laryngosc. *Fritsch* miscrosc. *Bergson* path. et ther. gener. *Gueterbock* morb. urogenit. *Guttstadt* hyg. et statist. *Mendel* imputab. *Id.* anat. cerebri. *Id.* curs. psychiatriae. *Fraenkel* laryngosc. et rhinosc. *Wernicke* anat. cerebri. *Curschmann* microscop. us. in morb. *Falk* hygieine. *Pincus* morb. cap. *Id.* irrit. gen. *Id.* hyg. et balneother.	*Duehring* optim. et pessim. *Maercker* rhetor. *Spitta* „orat." et „opera."

Hora.	THEOLOGICAE.	IVRIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
6-8	. . . .	*Bruns* seminar.	*Bardeleben* exercit. operation. chirurg. *Munk* colloq. phys.	*Grimm* exerc. ad hist. art. *A. Kirchhoff* exerc. philol. *Mommsen* exerc. Roman. *Waitz* exerc. hist.
6-9	. . . .	. . . .	. . . .	*Droysen* exerc. hist.
7-8	. . . .	. . . .	*Fraentzel* curs. laryngosc.	*Maercker* exerc. rhetor.
7-9	*Dorner* societ. theol. *Lommatzsch* excercit. theol.	. . . .	. . . .	*Huebner* exerc. soc. philol.
8-10	. . . .	. . . .	. . . .	*Bellermann* exerc. soc. mus.

Horis definiendis.

THEOLOGIC.	IVRIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
de Goltz theol. dogm. II. *Lommatzsch* Schleiermach. syst. theol. et philos.	*Hinschius* exercit. canon. *Dambach* ius auctor. *Franken* rep. et exam.	*du Bois-Reymond* exerc. phys. *Reichert* corp. hum. textur. et struct. *Westphal* morb. medull. spin. *Iacobson* pathol. exercit. *Lewin* morb. cut. et syph. *Skreczka* hyg. publ. et pol. med. *Lucae* curs. otiatric. *Bernhardt* electrother. *Id.* sem. et diagn. morb. nerv. *Bose* chir. *Id.* fasc. lig. *Fraenkel* curs. laryngosc. et rhinosc. *Gueterbock* curs. chirurg. diagnos. *Id.* repet. chir. et aciurg. *Guttmann* morb. cordis et pulm. *Hirschberg* curs. oper. ophth. *Id.* curs. ophthalmosc. *Id.* optic. med. *Sander* psychiatr. *Id.* curs. morb. an. *Schiffer* pathal. et therap. exper. *Id.* urin. physiol. et pathal. *Schoeler* ophthalm. *Id.* curs. ophthalmosc. *Id.* curs. oper. ophth. *Simon* curs. dermat. *Tobold* curs. laryngosc. *Weber-Liel* curs. otiatr. *Curschmann* morb. cerebri. *Id.* curs. diagn. *Kroenlein* hern. abdom. *Id.* diagn. chirurg. *Kuester* curs. fasc. lig. *Loehlein* operat. obstetric. *Perl* balneol. *Id.* pathol. spec. *M. Wolff* morb. urop. et genital. *Landau* obstetr. *Id.* gynaec. *Litten* morb. ren. *Id.* morb. ocul. *Martin* obstetr. *Id.* oper. gynaec. *Zuelzer* path. spec.	*Ascherson* excurs. bot. *Id.* exerc. plant. determ. *Bellermann* exerc. c. art. contrap. *Braun* excurs. bot. *Bresslau* exerc. diplom. *Bruns* exerc. c. calc. integr. *Erdmann* exerc. philos. *Garcke* excurs. botan. *Hassel* hist. Germ. *Id.* exerc. hist. *de Martens* faun. March. *Meitzen* demonstr. statist. *Michaelis* stenogr. Germ. Angl. Gall. Ital. Hispan. *Michelet* schol. philos. *Neesen* repetit. phys. *Id.* opt. geom. *Oppenheim* technol. chem. *Orth* excurs. *Pinner* pharm. anorg. *Robert* exerc. archaeol. *Schneider* sulfosal. *Id.* method. pond. atom. constit. *Schott* monum. popul. Fennico-Ugr. *Id.* schol. Turc. Mogol. Fenn. *Sonnenschein* colloq. chem. *Id.* chem. analyt. *Treu* exerc. archaeol. *Weber* schol. Sanscr. Zend. Pal.

No. 2

INDEX
LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

GVILELMI

IMPERATORIS GERMANICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA
FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE AESTIVVM

A D. XXIX. M. APRILIS VSQVE AD D. XV. M. AVGVSTI A. MDCCCLXXVIII

HABEBVNTVR.

BEROLINI

FORMIS ACADEMICIS

(G. VOGT).

78

VNIVERSITATIS LITTERARIAE

FRIDERICAE GVILELMAE

RECTOR ET SENATVS.

Ab Ennio, cuius de Medea proximo anno eadem occasione eodemque loco nonnulla disseruimus, nunc rursus cum indicibus lectionum academicarum aliquid praefationis e litteris petitae addendum sit, agendi capiemus primordia. Volumus enim versus quosdam eius poetae, quos Cicero servavit, qui Ennii valde studiosus erat multaque ex eius poesi excerpta tradidit solus, in disceptationem vocare ita ut simul ad ipsum Ciceronem nonnihil utilitatis ex nostra disputatione redundet. Itaque Cicero in pulcherrimo prooemio, a quo sermonem de re publica exorsus est, posteaquam Aelius Tubero, Scipio Africanus, Furius Philus, alii, quorum in ea disputatione partes esse voluit, initio sumpto a duobus solibus qui visi fuerint, de rebus caelestibus deque omnis illius doctrinae sublimioris praestantia et usu verba fecerunt, tum Laelium, qui contra sentit nihil magis hominum interesse quam ea scire et quaerere quae ad hominum vitam regendam temperandamque rem publicam pertineant, ita dicentem facit (1, 18, 30). *Non audeo quidem ad ista, Scipio, dicere neque tam te aut Philum* (*quampilum* with *ut* written above) *aut Manilium — — in ipsius paterno genere fuit noster ille amicus, dignus huic ad imitandum, 'egregie cordatus homo, catus Aelius Sextus', qui egregie cordatus et catus* (*estcautus*) *fuit et ab Ennio dictus est, non quod ea quaerebat, quae numquam* (*quemnūquam* m. pr.) *inveniret, sed quod ea respondebat, quae eos qui quaesissent et cura et negotio solverent, cuique contra Galli studia* (*studio* m. pr.) *disputanti in ore semper erat illa de Ifigenia Achilles 'astrologorum signa in caelo quid sit observationis cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum: quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.' atque idem, multum enim illum audiebam et libenter, Zethum illum Pacuvi nimis inimicum doctrinae esse dicebat, magis eum delectabat Neoptolemus Enni qui* (*Enniqui* with *i* and *o* written above) *se ait filosofari velle set paucis, nam omnino*

haud placere. Perscripsimus verba ita ut in Vaticano codice exarata extant, in quo quod Maius duas paginas post *Manilium* desiderari testatur, tenor quidem orationis Laelianae non plane obscuratus est, quem si quibusdam tenuibus lineis adumbrare licet, hoc fere modo simulacrum continuitatis parare possis. 'non audeo ad ista, Scipio, dicere neque tam te aut Philum aut Manilium [reprehendere quam admonere Tuberonem cupio, ne cum adulescens sit, nimio ardore ad illa se studia det parum utilitatis habitura, idque cum multi senserint. tum] in ipsius paterno genere fuit' eqs. Versum qui insequitur Ennii Dobraeo auctore (advers. tom. II 377) Halmius et Baiterus, Halmius praeterea ad eiusdem Dobraei mentem *catus* vocabulum induxerunt, et Osannus se mirari scribit, tam patienter potuisse tolerari ab editoribus versum, quem inepte et ab inepto homine interpositum Ciceronis oratio patefaceret Ennii scilicet verba absurde repetentis. At nos miramur extitisse, qui adeo a Ciceronis modo et more deerraret, ut versum aptum et necessarium prava sedulitate appictum esse animum induceret. Et Dobraeo quidem hoc facile condonatur qui subitam opinationem ut fit margini libri sui alleverat: eximii viri errorem manifestum propagari et quasi consecrari, id vero non laudamus. Nam etsi omisso versu ex aliis libris Tullianis qui eundem tenent colligere licebat, Aelium Sextum esse quem egregie cordatum hominem Ennius appellasset, tamen Ciceroni prospiciendum erat, ut hoc loco legentes facile et sine dubitatione percipere possent, cuius viri testimonio Laelius inniteretur; idque is ita assecutus est, non ut unde nomen Aelii poneret, sed ut pulchrius formata oratione Ennii versum ad hanc rem natum suo sermoni intexeret; quodque deinceps repetitis Ennii verbis quasi interpretem poetae agens illius sensum ad suas rationes refert, id ut sua natura scite instituitur, ita plane fit de consuetudine Tulliana, cuius cum multa extent exempla, velut in Tusculanis quae scribit 3, 27, 65 *Quid ille Terentianus ipse se poeniens, id est* ἑαυτὸν τιμωρούμενος? *'Decrevi tantisper me minus iniuriae, Chremes, meo gnato facere, dum fiam miser.' hic decernit ut miser sit. num quis igitur quicquam decernit invitus? 'Malo quidem me quovis dignum deputem.' malo se dignum deputat nisi miser sit,* tum hoc singulare est in Bruto quod legitur 15, 58 *Est igitur sic apud Ennium in nono ut opinor annali 'Additur orator Corneliu' suaviloquenti Ore Cethegus Marcu' Tuditano collega, Marci filius.' et oratorem appellat et suaviloquentiam tribuit, quae nunc quidem non tam est in plerisque, latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur, sed est ea laus eloquentiae certe maxima 'is dictust ollis popularibus olim Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant Flos delibatus populi.' probe vero; ut enim hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia, qua virum excellentem praeclare tum illi homines florem populi esse dixerunt. 'suadaeque medulla.'* πειθὼ *quam vocant Graeci, cuius effector est orator, hanc suadam appellavit Ennius, eius autem Cethegum medullam fuisse vult, ut, quam deam in Pericli labris scripsit Eupolis*

sessitavisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. Multa in his nuper novari coepta sunt, quae nos ne huius disputationis cursus interrumpatur curiosius excutere nolumus. Ut nostra fert opinio, nec Ciceronis oratio alieno additamento aucta est et Ennianorum versuum scriptura quam supra posuimus tam suopte ingenio quam coniunctis Gellii et Bruti Tulliani librorum testimoniis firmiter stabilita est nec vanis rationibus labefactatur. Sed cuius rei causa haec attulimus, apparet, opinamur, ratio, qua Cicero versuum quibus suam orationem distinguit sensus et ipsa verba iterare ac paene inculcare legentibus non dubitet.

Pergit Laelius *cuique contra Galli studia disputanti in ore semper erat ille de Iphigenia Achilles: 'astrologorum signa'* eqs. Codex *illa* pro *ille,* pronomine ad *Iphigenia* nomen formato; quem lenem ac vulgarem errorem Osannus sustulit; nam reliqua recte scripta sunt et est haec aptior oratio quam quae hodie de Maii coniectura vulgatur *in ore semper erant illa de Iphigenia Achillis;* neque obstat, quod ita nullo iam vinculo orationi versus subiiciuntur: sic enim Cicero cum alibi tum ibi ubi tertium horum versuum rursus citavit, de divinatione 2, 13, 30, *Democritus tamen non inscite nugatur, ut physicus, quo genere nihil adrogantius. 'quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.'* Versus ipsi, quibus Achilles in Iphigenia astrologorum ineptam sedulitatem carpit, referuntur illi quidem recte quamquam sine testimonio ad Ennii Iphigeniam, ex Euripidis Iphigenia Aulidensi expressam, sed quae in Graeca fabula Achilles opprobria iacit in Calchantem v. 955 πικροὺς δὲ προχύτας χέρνιβάς τ' ἐνάρξεται Κάλχας ὁ μάντις. τίς δὲ μάντις ἔστ' ἀνήρ; Ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει Τυχών, ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται, in eis pertenue vestigium agnoscitur sententiarum quas Romanus poeta cuiusvis generis superstitionum osor pluribus verbis executus est. Ea vero verba in codice vitiose scripta esse arbitrati Maius primum, dein Heinrichius emendando in ordinem cogere studuerunt. Quorum ille pro *observationis* posuit *observat*, *Iovis Cum capra*, coniectura speciosa, quam Ovidii narratione de Iovis capella (Fast. 5, 111 sqq.) firmat; eamque cum ceteris omnibus tum Heinrichio probavit, qui ipse, ut cum hoc versu et cum tertio secundi mensuram exaequaret, *beluae* scripsit pro *beluarum*, ne id quidem inconsulto. Sed cum iam *quid sit* verba penderent, Maius *quaerit*, deinde quo coniecturae probabilitas augeretur, forma antiqua et ab Ennio alibi usurpata, *quaesit* Heinrichius et iam ante Heinrichium Leopardus restituerunt. Ita progrediente paulatim emendatione eam hi versus formam induerunt, qua iam fere circumferri in editionibus solent.

Astrologorum signa in caelo quaesit observat, Iovis
Cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluae:
Quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.

Naekius quidem ab Heinrichio consultus dubitationem moverat an *quid sit* non iure mutaretur, quippe quae verba apte locum in hac oratione obtinerent *in caelo*

quid sit observat (sive *observant*), *Iovis cum capra aut nepa exoritur*, sed idem cum hoc enuntiato verba *astrologorum signa* non posse conciliari opinatus Heinrichium denique eo adduxit ut *quid sit* quidem servandum esse duceret, illa vero verba non ab Ennio nec a Cicerone ascripta sed ab interprete male sedulo esse apposita suspicaretur, parum ille probabili coniectura recidendo mancum ex integro versum efficiens. Quodsi quis ut et *astrologorum signa* et *quid sit* tueatur, aliter orationis formam interpretatus ab uno verbo *observat* duo pendere iusserit et *astrologorum signa in caelo* et *quid sit cum Iovis capra aut nepa exoritur*, ne sic quidem satis expedita et commoda sententia nascetur. Contra *quaesit observat* haec duo verba poterant illa quidem apte sic ἀσυνδέτως componi, illo more quo Ennius ipse*), ut mittamus alios, scribit *mortales inter sese pugnant proeliant; alia fluctus differt dissupat Visceratim membra; sed me Apollo ipse delectat ductat Delphicus;* et fortasse *regnumque nostrum ut sospitent superstitent*[*que*] de Ribbeckii sententia, nisi quis malit hunc hypermetrum esse senarium, qualem Pacuvius quem crediderunt finxit a Ribbeckio inter incerta relatum p. 264

Refugere oculi, corpus macie extabuit,
Lacrimae peredere umore exangues genas,
Situ nigroris barba paedore horrida atque
Intonsa infuscat pectus illuvie scabrum.

Nec tamen si *quaesit observat* recte iunguntur, ideo iam *quaesit* amplectemur pro certo: neque enim huius coniecturae probabilitas tam suis rationibus nititur quam ex alterius successu emendationis pendet eius qua ex *observationis* reparatum est *observat Iovis cum capra*. Atqui *Iovis capra* etsi probe appellari poterat, *capra* quidem additamento ut recte acciperetur non indigebat, velut Cicero scribit de nat. deor. 3, 16, 40 *singulas stellas numeras deos eosque beluarum nomine appellas ut capram ut nepam*, et illa sententia *cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluae* concinnius profecto unius versiculi finibus circumscribetur. Quod vero Heinrichius *beluarum* esse ex *beluae* correctum eiusque correctionis causam et originem

*) Multus est hic usus asyndeti bimembris in prisca latinitate sed idem pertinuit ad posterioris ac postremae aetatis scriptores. Veluti Minucius Felix in Octavio scribit *mortuis extinctis* (p. 15, 10); *uri cremari* (p. 52, 19); *imperant regnant* (p. 17, 2); *sciunt norunt* (p. 34, 12). Quae fere addubitantur aut mutantur a criticis iniuria; nam etsi nos talia non laudamus, a stilo huius scriptoris non esse aliena concedendum est. Sed et Senecae placuit *reddo restituo* (de tranq. anim. 11, 2); *firmaverit erexerit* (nat. quaest. 6, 32); idem autem cum scribat in consol. ad Marciam c. 11, 2 *et quae diligis veneraris et quae despicis unus exaequabit cinis*, delent *veneraris*, hoc est exquisitius vocabulum ex interpretatione fluxisse statuunt vulgaris; *veneraris* enim esse exquisitius ex Horatio dispicitur, ep. 2, 1, 263, *quod quis deridet quam quod probat et veneratur*. Rursus in Taciti dialogo cum extet c. 23, 12 *rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt oderunt, Calvi mirantur*, quae verba, *fastidit et odit*, idem Horatius ep. 2, 1, 22 copulat, non ferunt critici *oderunt*. Et tamen qui potest lac lacti esse similius quam est horum alter locus alteri. Et in Ciceronis epistolis nonnulla eiusdem generis feruntur, quae fere infestat Wesenbergius.

Ciceronis verbis quae modo attulimus declarari censet, ea quidem verba potius *beluarum* scripturae suffragari videantur. Nam metri necessitatem, qua *beluae* flagitari dicit, non codicis memoria sed Maii correctio versus primi procreavit. Codicem enim si sequimur, probos habebimus octonarios duos, quibus nihil prohibebat quominus tertius adhaereret septenarius.

Astrologorum signa in caelo quid sit observationis,
Cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum:
Quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.

Haec nos dum animo complectimur, valde vereri incipimus, ut per tot molimina, cum altera alteram mutationem poscat, emendatio horum versuum ad certum finem perducta sit: in quibus peccatum esse nimirum et ipsi fatemur; cum enim reliqua facile intelligantur, unum *sit* unde regatur obscurum est, nec vero credibile Ciceronem non plenam sententiam ascripsisse. Ergo hanc esse certissimam sedem erroris efficitur; qui ut eximatur, non graviore remedio opus est, sed una mutata littera *fit* pro *sit* scribentes, mensura versuum intacta, sententiam recuperamus et plenam et perspicuam nec poeta indignam.

Astrologorum signa in caelo quid fit observationis,
Cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum:
Quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.

Quorum versuum hunc esse sensum volumus ut Achilles admirabundus cum contemptu exclamet: 'astrologorum quae fiunt observationes signorum in caelo, cum capra aut nepa aut aliquod astrum exoritur: quod ante pedes est nemo eorum spectat, caeli scrutantur plagas.' In quibus cum iam astrologorum non signa ut ante sed rectius observatio dicatur, tum *nemo* tertio versu percommode nactum est quo referatur, denique *signa in caelo* quod ab *observatione* pendent, agnoscimus usum non infrequentem in Plauti fabulis nec a posteriore latinitate prorsus alienum, quo nomina verbalia in formandis enuntiatis legem sequuntur verborum.

Itaque si forte contigit nobis ut universam horum versuum sententiam stabiliremus, superest ut de *nomine beluarum* dicamus, quo de Heinrichius, periphrasin esse sed cum aculeo, *nomen beluae*, adnotat, nisi forte poeta *lumen* scripserit, quod *exoriatur* melius; idemque *lumen* postea probarunt alii, sed ut *exoritur lumen* sane perapte dicitur, *lumen beluae* vel *beluarum* habet cur displiceat. Quare Ribbeckius spreto *lumine* quod antea receperat nuper auctore Kiesslingio *momen beluae* in textu posuit; ac verum est subinde in veterum libris *momina* quae fuerint librariorum inscientia abiisse in *nomina*, quamquam Horatium in arte v. 253 *unde etiam trimetris accrescere iussit Momen iambeis* scripsisse, non *nomen* quod adhuc vulgatur, id nobis quidem Ribbeckius non persuasit. Sed ut largiamur potuisse *momen beluae* (vel *beluarum*) recte scribi fere ut Horatius loquitur in epistolis 1, 10, 15 *ubi gratior aura Leniat et rabiem canis et momenta*

leonis, etsi haec *momenta leonis* etiam aliam admittere explicationem videntur, tamen dubitamus in Ennii versu traditam scripturam *nomen beluarum* destituere. Videmus enim plane eundem in modum Ciceronem scribere in epistolis (ad fam. 7, 5, 3) *huic ego neque tribunatum neque praefecturam neque ullius beneficii certum nomen peto*, hoc est 'non tribunatum nec praefecturam nec omnino beneficium certo nomine insignitum peto;' ita Ennius, 'cum capra aut nepa aut aliquod astrorum exoritur beluarum nomen gerentium.' Nec ita raro alibi 'nomen rei' pro re nomen gerente dicitur a scriptoribus. Velut in Plauti Truculento (1, 1, 58) Diniarchus cantat

> Nam mihi haec meretrix quae hic habet Phronesium
> Suum nomen omni ex pectore exmovit meo,
> Phronesim, nam phronesis est sapientia.

Quorum versuum tertium quod olim et rursum nuper extinxerunt, non luxuriam quandam reciderunt, quae tamen ipsa toleranda esset in Plauti fabula, sed versum deleverunt ad explanandam sententiam perutilem. Sed Diniarchus cum illa diceret, hoc intelligi voluit aperte, φρόνησιν, a qua nomen meretrici Phronesio accrevit, sibi esse omni e pectore eiectam. Nec multum dissimilia in Epidico leguntur 2, 2, 51. Verum gravius est et ad hunc usum explicandum fortasse utilius quod Seneca scribit in consolatione ad Marciam 13, 2 *Paulus circa illos nobilissimi triumphi dies quo vinctum ante currum egit Persen, inclyti regis nomen, duos filios in adoptionem dedit, quos sibi servaverat extulit. quales retentos putas, cum inter commodatos Scipio fuisset? non sine motu vacuum Pauli currum populus Romanus adspexit. concionatus est tamen et egit dis gratiam, quod compos voti factus esset, precatum enim se ut si quid ob ingentem victoriam invidiae dandum esset, id suo potius quam publico damno solveretur.* In his quae non sine causa paulo plenius perscripsimus, illa verba *inclyti regis nomen* post Gruterum, qui princeps eius commenti fuit, induerunt cum alii tum novissimi deinceps editores Fickertus, Haasius, H. A. Kochius, praepropero ut nobis videtur studio, quo saepe abrepti etiam in Senecae libris delent quae aut convenientia sunt orationi aut necessaria, velut, ut in persimili subsistamus exemplo, cum Seneca de tranquillitate animi 15, 13 scripserit *Et magni, ut dixi, viri quidam sibi menstruas certis diebus ferias dabant, quidam nullum non diem inter otium et curas dividebant, qualem Pollionem Asinium oratorem magnum meminimus, quem nulla res ultra decimam retinuit, ne epistulas quidem post eam horam legebat, ne quid novae curae nasceretur*, verba *oratorem magnum*, quae quo consilio addita scriptor voluerit ipsa oratio demonstrat, tamen secludunt tamquam ab interpolatore adiecta. Sic illo superiore loco verba *inclyti regis nomen* non ea de causa nimirum interposuit Seneca ut Persea illustrem regem fuisse legentes edoceret, sed ut triumphi nobilitatem extolleret, cuius longe praeclarissima pars erat tanti nominis rex captus. Et clementius fortasse toleravissent ea verba docti, si non *inclyti regis nomen* sed *inclyti regem*

nominis scriptum offendissent. Reponemusne ita? Non, opinamur. Nam etsi non ignoramus saepius cum alibi tum in Senecae libris permutandis nominum vicinorum terminationibus peccatum esse a librariis, quid opus est mutare tradita, cum non audaciore genere dicendi Seneca *ante currum egit Persen inclyti regis nomen* scripserit, quam Cicero *non beneficii certum nomen peto*, quam Ennius *exoritur aliquod nomen beluarum*. Et accedit aliud quo magis illam veram esse Senecae manum confirmetur. Seneca enim cum illo exemplo Pauli uteretur, memor erat Livii, qui de Pauli triumpho res actas insignemque eius per eosdem dies acceptam cladem domesticam prolixa narratione persecutus est (vide inprimis lib. 45 c. 40 et 41). Atque is in ea oratione, qua Servilius milites Aemilio Paulo meritissimo duci triumphum denegaturos ponderosa severitate castigat, hunc locum induxit gravissime (lib. 45, 39, 7). *Quos Syphax rex captus, accessio Punici belli, concursus fecerit, plerique meminimus. Perseus rex captus, Philippus et Alexander filii regis, tanta nomina, subtrahentur civitatis oculis?* Habemus auctorem, quo Seneca illa *inclyti regis nomen* scripsit quae hodie damnantur. Sed quid nos alios? Ipse sibi Seneca satis gravis testis extitit, qui rursus ad eandem dicendi formam de clementia 1, 26, 2 *apparentur*, inquit, *licet magna impensa et regiis opibus et artificum exquisitis nominibus, quem tamen ludi in carcere iuvent?* Quae si severius ad cogitandi normam exigere velis, ludi non magis apparantur nominibus artificum quam regis nomen ante currum ducitur. Tamen ut haec esse verissime scripta iudicamus, quibus similia extant in consolatione ad Helviam 11, 4, ita *nominibus artificum* vindicari arbitramur verba addubitata, quae in Minucii Felicis Octavio p. 9, 22 leguntur, *dum exercent in armis virtutem religiosam, dum urbem muniunt sacrorum religionibus, castis virginibus, multis honoribus ac nominibus sacerdotum, dum obsessi et citra solum Capitolium capti colunt deos* cet. Usenerus enim Minucium non *multis honoribus ac nominibus* sed *multis agminibus sacerdotum* dedisse suspicatus est. Cui coniecturae satis audaci nos quominus assentiamus, iam eo prohibemur quod et Ciceronem meminimus scribere *regis honore et nomine* pro Deiot. 5, 14 (cf. ad fam. 16, 12, 2) et Horatium *honor et nomen divinis vatibus atque Carminibus venit* in arte 400; ut appareat consueto more *honoris* ac *nominis* vocabula coniungi. Sed nimirum Romani non nominibus sacerdotum urbem munierunt, sed sacerdotibus, et hoc ipsum voluit Minucius, cum illa scriberet, sacerdotibus munitam urbem esse honorum multorum ac nominum. Possumus his adiicere alia, velut Petronius quae scribit c. 81 *Ergo me non ruina terra potuit haurire, non iratum etiam innocentibus mare? effugi iudicium, harenae imposui, hospitem occidi, ut inter tot audaciae nomina mendicus exul in deversorio Graecae urbis iacerem desertus* et c. 127 *nec sine causa Polyaenon Circe amat: semper inter haec nomina magna fax surgit*, quae olim vetustioribus interpretibus offensioni

fuerunt, eadem nisi fallimur ratione expediuntur. Sed nolumus cumulare exempla, hoc unum agentes, locus ipse ut clariore in luce ponatur.

Itaque redimus tandem ad Ennium, a quo egressi et longius vagati sumus, finemque disserendi faciemus ita ut corollarii loco duos versus Ennianos emendate scriptos ponamus, quorum in firmanda scriptura ab argumentandi ambagibus abstineri potest. Putamus enim versus quos Hieronymus in epitaph. Nepotiani p. 598 Mign. servavit Ennii, *plebes in hoc regi antestat loco, licet Lacrumare plebi, regi honeste non licet*, quosque ad Iphigeniam Ennii comparatis Euripideis v. 446 ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον. Καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει Ἅπαντά τ' εἰπεῖν. τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν Ἄνολβα ταῦτα iure rettulerunt, in hunc modum esse ordinandos.

Plebes in hoc regi antistat: loco licet
Lacrumare plebi, regi honeste non licet.

Ut *loco* ipsa suadente sententia eam vim habeat, quam habere apud Ciceronem (ad fam. 11, 16,1 *quemadmodum coram qui ad nos intempestive adeunt molesti saepe sunt, sic epistolae offendunt non loco redditae*) et apud Horatium (epist. 1, 7, 57 *et properare loco et cessare*) et alios nemini ignotum est. Diiambum autem in exitu huius trimetri non magis refugimus quam in illo altero versu Enniano *ibi quid agat secum cogitat parat putat*, in quo verba illa tria tam apposite copulantur quam vel apud Ciceronem (ad fam. 2, 5,2) *para meditare cogita*.

Alterum autem fragmentum quod dicimus ipsi Ciceroni acceptum refertur, qui cum ita scribat in Tusculanis 3, 3, 5 *at et morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis; hi enim ipso odiosi sunt quod ad animum pertinent eumque sollicitant animusque aeger, ut ait Ennius, semper errat neque pati neque perpeti potest, cupere numquam desinit*, videmur nobis leni opera *se* addentes post *potest* et sententiam recipere et numerorum continuitatem.

Animus aeger semper errat neque pati neque perpeti
potest se, cupere numquam desinit.

Quid sit enim illud quod dicitur animus se pati non posse et quam hoc huic sententiae conveniens sit, Seneca docebit, qui in naturalibus quaestionibus 4, praef. 1 *turbam ait hominum rerumque desiderent qui se pati nesciunt: tibi tecum optime convenit.* Numerorum autem genus accedit ad illos a quibus canticum illud decantatum Iphigeniae exorditur.

Otio qui nescit uti plus negoti habet
quam cumst negotium in negotio.

Tantum est, commilitones carissimi, cumque vos ad lectiones academicas, quas infra enumeratas habetis, invitemus, hoc vobis magnopere auctores sumus, ut Enniani versus memores otii et negotii rationes semper vobis constare velitis.

Scr. m. Octobri MDCCCLXXVII.

LECTIONES.

I. ORDINIS THEOLOGICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

I. A. Dorner, Dr. Dec.

I. Privatim dogmatices christianae partem alteram, specialem, excepto d. Merc. quotidie h. XII-I, d. Sat. h. XI-I tradet.
II. Privatissime et gratis societatem theologicam sueto more d. Iov. h. VII-IX vesp. moderabitur.

A. Dillmann, Dr.

I. Publice archaeologiae biblicae capita quaedam ad res domesticas et civiles Hebraeorum pertinentia tractabit d. Sat. h. IX-XI.
II. Privatim 1) biblicam Veteris Testamenti theologiam exponet quinquies p. hebd. h. IX-X; 2) librum Geneseos interpretabitur quinis p. hebd. scholis h. X-XI.

H. G. P. Kleinert, Dr.

I. Publice libri Iesaiani cap. XV—XXVII interpretabitur d. Sat. h. IX-X.
II. Privatim 1) theologiae practicae partem priorem tradet quinquies p. hebd. h. VIII-IX; 2) libri Iesaiani cap. I—XIV, XXVIII—LXVI interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI.

O. Pfleiderer, Dr.

I. Publice de argumento ac ratione studii theologici disseret d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim dogmatices christianae partem priorem seu apologeticam tradet quinquies p. hebd. h. XI-XII.

C. Semisch, Dr.

I. Publice Origenis librum contra Celsum quartum commilitonibus explicandum proponet d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim 1) historiae ecclesiasticae partem primam h. VIII-IX senis p. hebd. horis tradet; 2) introductionem in libros N. T. h. IX-X quinis p. hebd. horis exhibebit.

F. L. Steinmeyer, Dr.

I. Publice institutiones homileticas ad praxin pertinentes porro praebebit.

II. Privatim 1) evangelium secundum Matthaeum praemissa de eius authentia disputatione d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI interpretabitur; 2) homileticen atque catecheticen iisdem diebus h. IV-V docebit.

B. Weiss, Dr.

I. Publice historiam passionis et resurrectionis Iesu Christi enarrabit d. Sat. h. VI vesp.

II. Privatim 1) summam religionis christianae e scriptura sola repetitam quinis diebus (exc. d. Mart.) h. V-VI tradet; 2) epistolas Pauli minores (ad Ephesios, Colossenses, Philippenses, Thessalonicenses datas) interpretabitur quater p. hebd. h. VI vesp. d. Lun. Merc. Iov. Ven.

B. Brueckner, Dr., Prof. honorarius.

Scholas postmodum indicabit.

H. de Goltz, Dr., Prof. honorarius.

Privatim theologiam symbolicam quater p. hebd. h. VII-VIII docebit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

F. Benary, Dr.

I. Publice carmina historicis V. T. libris inserta d. Sat. h. XI-XII interpretabitur.

II. Privatim Psalmos quinquies p. hebd. h. X-XI explicabit.

H. Messner, Dr.

I. Publice selecta apocalypseos Ioannis capita interpretabitur d. Sat. h. XI-I.

II. Privatim theologiam biblicam Novi Testamenti docebit quinis p. hebd. scholis h. XII-I.

F. Piper, Dr.

I. Publice epigraphicen antiquitatis christianae cum exercitationibus epigraphicis tractabit d. Ven. h. XII-I.

II. Privatim historiam dogmatum christianorum quinquies p. hebd. h. XI-XII tradet.

III. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas et patristicas in museo christiano d. Lun. et Iov. h. XII-I moderari perget in iisque epochas historiae ecclesiasticae e monumentis illustrabit.

H. Strack, Lic.

I. Publice Mischnae loca selecta explicabit semel p. hebd. hor. def. (sequens librum Abr. Geigeri Lehr- und Lesebuch der Mischnah, Bresl. 1845).

II. Privatim Ieremiae vaticinia quinquies p. hebd. interpretabitur h. X-XI.

III. Privatissimas scholas hebraicas offert.

I. C. W. Vatke, Lic.

I. Publice introductionem ad theologiam philosophicam tradet d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim theologiam philosophicam universalem et religionis historiam docebit sexies p. hebd. h. XI-XII.

3. *Privatim docentium.*

S. Lommatzsch, Lic.

I. Gratis confessionem Augustanam explicabit semel p. hebd. hor. defin.

II. Privatim historiam dogmatum christianorum universam quinquies p. hebd. h. XI-XII tradet.

G. Nowack, Lic.

I. Gratis prophetas post exilium vaticinatos interpretabitur d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim Psalmos explicabit quinquies h. X-XI.

C. H. Chr. Plath, Lic.

Ex India redux scholas indicabit.

II. ORDINIS IVRIDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

F. C. P. Hinschivs, Dr. Dec.

I. Privatim 1) ius ecclesiasticum catholicorum et protestantium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 3) processum civilem secundum leges iudiciarias imperii Germanici ratione habita iuris communis et Borussici d. Merc. et Sat. h. XI-I docebit.

II. Privatissime et gratis 1) exercitationes iuris ecclesiastici d. Ven. h. VI-VII; 2) exercitationes canonicas in seminario iuridico hor. defin. moderabitur.

A. F. Berner, Dr.

Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Merc. et Sat. h. XI-I; 2) ius criminale ad librum suum „Lehrbuch des Deutschen Strafrechts, 9. Auflage, 1877“ d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 3) ius gentium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII docebit.

G. Beseler, Dr.

I. Privatim historiam imperii et iuris Germanici d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X tradet.

II. Privatissime et gratis exercitationes iuris Germanici in seminario iuridico d. Lun. h. V-VII instituet.

H. Brvnner, Dr.

I. Publice ius cambiale d. Sat. h. X-XI docebit.

II. Privatim 1) ius Germanicum privatum excepto iure commerciorum, cambiali et maritimo d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XII; 2) ius commerciorum nec non maritimum d. Merc. Sat. h. XI-I tradet.

C. G. Brvns, Dr.

I. Privatim 1) processum civilem tam iuris communis et Borussici quam novi codicis iudiciarii imperialis quinquies h. VIII-IX; 2) historiam iuris Romani quinquies h. X-XI; 3) institutiones et antiquitates iuris Romani quotidie h. IX-X tradet.

II. Privatissime et gratis in seminario iuridico exercitationes iuris Romani moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

H. Dernbvrg, Dr.

I. Publice ius familiarum Borussicum exponet d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim 1) pandectas quotidie h. X-XII; 2) ius hereditarium Romanum et Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I docebit; 3) exercitationes iuris civilis practicas d. Merc. h. V-VII instituet.

H. R. H. F. Gneist, Dr.

I. Publice historiam corporis iuris civilis tradet d. Sat. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) ius criminale Germaniae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) processum criminalem d. Merc. et Sat. h. IX-XI; 3) ius publicum Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

L. Goldschmidt, Dr.

I. Publice de iure quod dicitur inter gentes privato et criminali d. Merc. h. VIII-IX disseret.

II. Privatim de obligationibus aget secundum ius Romanum et hodiernum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. G. Heffter, Dr.

Publice quaestiones iuris gentium controversas d. Sat. h. XII-I tractabit.

L. C. Ægidi, Dr., Prof. honorarius.

I. Publice de concordatis quae dicuntur disseret d. Mart. h. V-VI.

II. Privatim 1) ius Germanorum publicum tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) Germanorum saeculi XIX iuris publici historiam d. Merc. et Sat. h. IX-XI tradet.

2. *Professorum extraordinariorum.*

I. Baron, Dr.

I. Publice ius hereditarium Borussicum d. Merc. h. I-II exponet.

II. Privatim 1) institutiones et antiquitates iuris Romani quotidie h. XII-I; 2) historiam iuris Romani d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 3) ius hereditarium Romanum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 4) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X docebit.

L. de Cvny, Dr.

I. Publice ius administrationis publicae Francogallicum ratione habita iuris Borussici d. Sat. h. X-XI tradet.

II. Privatim docebit ius civile Francogallicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

O. Dambach, Dr.

I. Publice causas criminales celebres et antiquioris et recentioris temporis explicabit d. Lun. h. V-VI.

II. Privatim 1) ius gentium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) ius publicum Germanicum et Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X docebit.

G. Lewis, Dr.

I. Publice exercitationes iuris commercialis instituet d. Ven. h. IV-V.

II. Privatim 1) ius Germanicum privatum excepto iure commerciorum et cambiali d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI, d. Merc. et Sat. h. IX-XI; 2) ius commerciorum, maritimum, cambiale d. Merc. et Sat. h. XI-I; 3) ius ecclesiasticum cum iure matrimoniali d. Lun. et Iov. h. IV-VI docebit.

E. T. Rvbo, Dr.

I. Publice iuris criminalis atque processus criminalis exercitationes practicas moderabitur d. Iov. h. V-VI.

II. Privatim 1) ius criminale Germanicum, iure criminali Germanico militari incluso, d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) processum criminalem Germanicum d. Mart. h. IX-X, d. Sat. h. VIII-X docebit.

3. *Privatim docentium.*

A. Franken, Dr.

I. Gratis de historia et elementis iuris matrimonii quod vocatur civilis disseret d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim encyclopaediam iuridicam tradet d. Lun. Mart. Iov. h. XI-XII.

III. Privatissime repetitoria et examinatoria de quibusque iuris Romani, Germanici, Gallici disciplinis hor. defin. habebit.

R. Ryck, Dr.

Privatim docebit 1) ius pandectarum quotidie h. VIII-X; 2) ius hereditarium Romanum d. Mart. h. IV-VI, d. Iov. h. V-VI.

F. E. M. Schmidt, Dr.

I. Privatim 1) ordinem iudiciorum privatorum ex iure communi et Borussico nec non novi imperii Germanici lege d. Lun. et Iov. h. IV-VI tradet; 2) repetitorium pandectarum et antiquitatum iuris Romani dialogice d. Mart. Merc. Ven. h. IV-VI moderabitur.

II. Privatissime repetitoria et examinatoria quum ceterarum iuris partium tum iuris publici ac gentium et recentioris, iuris publici et gentium ratione habita, historiae, sive vernaculo, sive Latino, sive Francogallico usurus sermone, petentibus offert.

III. ORDINIS MEDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

Æ. du Bois-Reymond, Dr. Dec.

I. Publice de materiae organicae mutandae condicionibus physicis adiunctis experimentis leget d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim primam physiologiae experimentalis partem docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime exercitationes physiologicas in laboratorio physiologico moderabitur.

H. A. Bardeleben, Dr.

I. Privatim 1) akiurgiam docebit d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) clinicen chirurgicam in nosocomio Caritatis moderabitur quotidie h. IX½-XI.

II. Privatissime exercitationes operationum chirurgicarum offert d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VI-VIII vesp.

F. Th. Frerichs, Dr.

Privatim 1) clinicen medicam in nosocomio Caritatis quinquies p. hebd. h. XI-XII moderabitur; 2) pathologiam et therapiam specialem quinquies p. hebd. h. XII-I docebit.

A. Hirsch, Dr.

I. Publice de historia, geographia et aetiologia morborum popularium maxime memorabilium leget d. Lun. Merc. h. V-VI.

II. Privatim pathologiam et therapiam specialem d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V docebit.

B. de Langenbeck, Dr.

I. Privatim clinicen chirurgicam in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur sexies p. hebd. h. II-IV.

II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum offert d. Merc. Ven. Sol. h. VI-VIII mat.

E. Leyden, Dr.

I. Publice de morbis apparatus respirationis disseret bis p. hebd. d. Mart. et Ven. h. XII-I.

II. Privatim clinicen propaedeuticam moderabitur in nosocomio Caritatis sexies p. hebd. h. VIII-IX½.

M. E. O. Liebreich, Dr.

I. Publice de urinae chemia adhibitis experimentis leget d. Lun. h. VI-VII vesp.

II. Privatim materiam medicam et artem formulas scribendi cum experimentis docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. V-VI.

III. Privatissime exercitationes pharmacologicas in laboratorio instituti pharmacologici moderabitur quotidie h. XI-V.

C. B. Reichert, Dr.

I. Publice de evolutionis historiae specialis parte disseret d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim 1) historiam evolutionis corporis humani et animalium demonstrationibus adiunctis d. Sat. h. VIII-IX et h. XI-XII; 2) anatomiam comparatam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX docebit.

III. Privatissime 1) de corporis humani textura et structura microscopica leget dieb. et hor. defin.; 2) exercitationes zootomicas et microscopicas in museo anatomico moderabitur quotidie h. X-I.

C. Schrœder, Dr.

I. Publice de morbis vaginae et vulvae disseret d. Merc. h. V-VI.

II. Privatim 1) clinicen obstetriciam et gynaecologicam moderabitur sexies p. hebd. h. X-XI; 2) gynaecologiam docebit quater p. hebd. h. V-VI.

C. Schweigger, Dr.

I. Publice de morbis refractionis, accommodationis et musculorum oculi d. Merc. et Sat. h. XII-I leget.

II. Privatim clinicen et policlinicen ophthalmiatricam, clinicen in nosocomio Caritatis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I, policlinicen Marien-Str. 23 sexies h. I-II moderabitur.

R. Virchow, Dr.

I. Publice de morbis ossium disseret d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim anatomiam pathologicam specialem tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII.

III. Privatissime 1) cursum anatomes et microscopiae pathologicae nec non artis cadavera morbosa secandi d. Lun. Merc. Sat. h. VII-IX mat.; 2) cursum histologiae pathologicae practicum d. Mart. Iov. Ven. h. VII-IX mat. offert.

C. Westphal, Dr.

I. Publice de morbis medullae spinalis semel p. hebd. hor. def. leget.
II. Privatim clinicen morborum animi et systematis nervosi in nosocomio Caritatis moderabitur quinquies p. hebd. dieb. et hor. def.

2. *Professorum extraordinariorum.*

E. Albrecht, Dr.

Privatim 1) morbos dentium et oris explicabit d. Lun. Iov. Sat. h. VI-VII; 2) policlinicen odontiatricam moderabitur quotidie h. II-III.

F. Bvsch, Dr.

Privatim tractabit capita selecta pathologiae chirurgicae generalis d. Lun. Merc. Ven. h. XI-XII.

O. Frænzel, Dr.

I. Publice de morbis pulmonum demonstrationibus adiunctis d. Merc. et Sat. h. I-II disseret.
II. Privatim auscultationis, percussionis ceterarumque explorandi methodorum artem exercitationibus adiunctis exponet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XII-I.
III. Privatissime laryngoscopiam cursu practico docebit d. Mart. et Ven. h. X-XI.

G. Fritsch, Dr.

I. Publice anatomiam physiologicam organorum centralium systematis nervosi tradet demonstrationibus adiunctis d. Ven. h. X-XI.
II. Privatim anatomiam comparatam exponet d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. X-XI.
III. Privatissime encheiresin et observationis et praeparationis in usum microscopii demonstrabit exercitationibus practicis adhibitis d. Mart. et Iov. h. VI-VII½ vesp.

E. Gvrlt, Dr.

Privatim de arte fasciarum applicandarum adiunctis demonstrationibus et exercitationibus d. Lun. Mart. Merc. h. III-IV disseret.

R. Hartmann, Dr.

I. Publice de syndesmologia humana d. Ven. h. VIII-IX disseret.
II. Privatim 1) osteologiam humanam d. Mart. Merc. Sat. h. VIII-IX tradet; 2) capita selecta anatomes chirurgico-topographicae d. Merc. h. V-VII tradet.

E. Henoch, Dr.

Privatim clinicen et policlinicen morborum infantium in nosocomio Caritatis, clinicen d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII, policlinicen quotidie ab h. I moderabitur.

H. Iacobson, Dr.

I. Publice de morbis cordis et pulmonum demonstrationibus adiunctis d. Merc. Sat. h. IV-V disseret.
II. Privatissime exercitationes pathologicas hor. postea def. moderabitur.

H. Kronecker, Dr.

I. Publice de circulatione sanguinis adiunctis experimentis leget bis p. hebd. hor. def.
II. Privatim gravissimas physiologiae methodos in usum medicorum explicabit adiunctis exercitationibus semel p. hebd. hor. pomer. def.
III. Privatissime cursum vivisectorium medicis physiologiae peritioribus offert semel p. hebd. hor. pomer. def.

G. Lewin, Dr.

I. Publice policlinicen morborum cutis et syphiliticorum d. Mart. Ven. h. I-II moderabitur.
II. Privatim clinicen morborum cutis et syphiliticorum d. Lun. Merc. Sat. h. XII-I moderabitur.

C. Liman, Dr.

I. Publice selecta capita hygienes publicae exponet d. Sat. h. VI-VII p. m.
II. Privatim 1) medicinam forensem studiosis iuris accommodatam adiunctis demonstrationibus docebit d. Lun. et Iov. h. X-XI; 2) medicinam forensem in usum medicinae studiosorum docebit d. Mart. et Ven. h. XII½-I½; 3) cursum demonstrativum obductionum medico-legalium in instituto Regio medico-forensi instituet h. I-III; 4) cursum practicum nec non exercitationes artis cadavera secandi ibidem quotidie reget h. I-III.

A. Lvcæ, Dr.

Privatim policlinicen otiatricam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur.

I. Meyer, Dr.

I. Publice de arte aegrotos examinandi adiectis colloquiis de selectis pathologiae et therapiae capitibus disseret d. Sat. h. I-II.
II. Privatim exercitationes clinicas in instituto policlinico universitatis d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. I-II moderabitur.

H. Mvnk, Dr.

I. Publice physiologiam systematis nervosi specialem adiunctis experimentis docebit d. Lun. h. IX-X.
II. Privatim alteram physiologiae experimentalis partem (physiologiam circulationis, respirationis, digestionis, secretionis et caloris) tradet d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.
III. Privatissime et gratis colloquia moderabitur physiologica d. Mart. h. VI-VIII.

E. Salkowski, Dr.

I. Publice chemiam urinae demonstrationibus adiunctis tradet d. Mart. Ven. h. X-XI.
II. Privatim de nutritione ac nutrimentis disseret d. Lun. Iov. h. X-XI.

III. Privatissime 1) cursum practicum chemiae physiologicae et pathologicae moderabitur ter p. hebd. h. matut. defin.; 2) exercitationes in laboratorio chemico instituti pathologici moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

H. Senator, Dr.

I. Publice de morbis infantium disseret d. Merc. et Sat. h. V-VI.

II. Privatim semioticen et diagnosticen medicam tam physicalem quam chemicam iunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis docebit quotidie h. XI½-I½.

C. Skrzeczka, Dr.

Privatim hygienen publicam et politiam medicam d. Mart. h. V-VI, d. Sat. h. V-VII docebit.

L. Waldenbvrg, Dr.

I. Publice de novis quibusdam mechanicis methodis ad respirationis et circulationis morbos dignoscendos et curandos pertinentibus, nominatim de pneumatometria, spirometria, sphygmographia, angiometria, therapia quae dicitur pneumatica d. Mart. h. XII-I disseret.

II. Privatim 1) de percussione, auscultatione ceterisque explorandi methodis cursum practicum d. Lun. Iov. Sat. h. XII-I habebit; 2) laryngoscopiam cursu practico d. Merc. h. XII-I docebit.

3. *Privatim docentium.*

A. Adamkiewicz, Dr.

I. Privatim 1) de electricitate medica practice disseret semel p. hebd. hor. def.; 2) physiologiam atque pathologiam nervorum eorumque organorum centralium docebit adiunctis demonstrationibus hor. def.

II. Privatissime repetitorium physiologiae generalis quotidie habebit.

I. Bergson, Dr.

Privatim 1) doctrinam formulas medicas rite concinnandi generalem et specialem d. Lun. Iov. h. V-VI; 2) pathologiam et therapiam specialem sexies p. hebd. h. VI-VII docebit.

M. Bernhardt, Dr.

I. Gratis 1) cursum instituet electrotherapiae cum demonstrationibus d. Mart. h. VI-VII; 2) de connexu morborum systematis nervosi cum ceteris morbis d. Ven. hor. def. disseret.

II. Privatim cursum electrotherapiae adiunctis demonstrationibus bis vel ter p. hebd. hor. def. offert.

H. Bose, Dr.

I. Privatim capita selecta chirurgiae specialis exponet ter p. hebd. hor. def.

II. Privatissime cursum fasciarum ligandarum habebit hor. def.

M. Bvrchardt, Dr.

I. Gratis de hygiene d. Iov. h. V-VI aget.

II. Privatim de morbis cutis adiunctis demonstrationibus microscopicis d. Merc. Ven. h. V-VI disseret.

H. Cvrschmann, Dr.

I. Gratis 1) de microscopii usu ad cognoscendos et examinandos morbos internos demonstrationibus et exercitationibus adiunctis d. Mart. Ven. h. VI-VII; 2) de morbis pleurae iunctis demonstrationibus d. Sat. h. VI-VII disseret.

II. Privatim cursum diagnostices morborum internorum demonstrationibus et exercitationibus adiunctis d. Lun. Iov. h. VI-VII habebit.

C. A. Ewald, Dr.

I. Gratis de physiologia et pathologia digestionis experimentis adiunctis disseret d. Mart. Ven. h. X-XI vel aliis hor. def.

II. Privatissime morbos renum tradet d. Ven. h. VI-VIII vesp.

F. Falk, Dr.

Gratis 1) de encyclopaedia et methodologia medicinae disseret d. Lun. h. IX-X; 2) capita selecta hygienes publicae tractabit d. Mart. h. VI-VII.

H. Fasbender, Dr.

I. Gratis de uteri morbis d. Mart. Iov. h. XI-XII disseret.

II. Privatim artem obstetriciam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX docebit.

III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum una cum exercitationibus in machina instituendis d. Merc. Sat. h. VIII-IX offert.

A. Frænkel, Dr.

I. Gratis pathologiae experimentalis capita selecta d. Sat. h. VI-VII tractabit.

II. Privatissime cursum diagnostices chemicae et microscopicae bis p. hebd. hor. def. offert.

B. Frænkel, Dr.

I. Gratis laryngoscopiam et rhinoscopiam adiunctis exercitationibus et demonstrationibus d. Iov. h. VI-VII docebit.

II. Privatissime cursus practicos laryngoscopiae et rhinoscopiae d. Mart. Ven. h. VI-VII offert.

P. Gveterbock, Dr.

I. Gratis de morbis uropoetici et generationis apparatus cum demonstrationibus d. Mart. Ven. h. V-VI disseret.

II. Privatissime repetitoria tam aciurgica quam chirurgica offert.

P. Gvttmann, Dr.

Privatim percussionem, auscultationem aliasque explorandi methodos adiunctis exercitationibus d. Lun. Merc. Ven. h. II½-III½ docebit.

A. Gvttstadt, Dr.

Gratis de hygiene publica et statistica medicinali cum excursionibus aget d. Lun. h. VI-VII.

I. Hirschberg, Dr.

I. Gratis opticen usui medicorum accommodatam semel p. hebd. tractabit.

II. Privatim 1) ophthalmologiam iunctis demonstrationibus et exercitationibus ter p. hebd. docebit; 2) cursum ophthalmoscopii bis p. hebd. hor. def.; 3) cursum operationum ophthalmiatricarum bis p. hebd. hor. def. habebit.

R. V. Krœnlein, Dr.

I. Gratis de herniis abdominalibus semel p. hebd. disseret.
II. Privatim cursum diagnoseos chirurgicae iunctis demonstrationibus et exercitationibus bis p. hebd. habebit.

E. Kuester, Dr.

I. Gratis cursum diagnoseos chirurgicae bis p. hebd. d. Merc. et Sat. h. XI-I offert.
II. Privatim de fracturis et luxationibus cum demonstrationibus anatomicis disseret bis p. hebd. d. Mart. Ven. h. IV-V, adiuncto cursu theoretico et practico fasciarum ligandarum iisdem diebus h. XII½-I½.

L. Landau, Dr.

I. Gratis gynaecologiae capita selecta et novissimas explorandi et operandi methodos tradet ter p. hebd. d. Mart. h. VIII-IX.
II. Privatim artem obstetriciam ter p. hebd. h. VIII-XI docebit.
III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum cum exercitationibus in machina instituendis bis p. hebd. h. VIII-IX offert.

G. A. de Lauer, Dr.

Hoc semestri lectiones non habebit.

M. Litten, Dr.

I. Gratis lectiones de renum morbis iunctas cum exercitationibus urinam microscopice et chemice scrutandi bis p. hebd. hor. def. offert.
II. Privatissime 1) cursum practicum percussionis et auscultationis ceterarumque explorandi methodorum ter p. hebd. hor. def. habebit; 2) gratis colloquia de capitibus medicinae internae selectis d. Sat. h. IV-VI offert.

H. Loehlein, Dr.

I. Gratis gynaecologiae capita selecta bis p. hebd. hor. def. tradet.
II. Privatim artem obstetriciam tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. Martin, Dr.

I. Privatim 1) artem obstetriciam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) capita gynaecologica selecta tractabit d. Lun. Iov. h. XII-I.
II. Privatissime exercitationes offert diagnoseos gynaecologicae d. Merc. Sat. h. I-II.

L. Mayer, Dr.

I. Gratis 1) de febri puerperali disseret d. Sat. h. V-VI; 2) partium genitalium muliebrium tumores tractabit d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim gynaecologiam demonstrationibus adiunctis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI docebit.

E. Mendel, Dr.

I. Gratis 1) de imputabilitate cum demonstrationibus in usum tam medicinae quam iuris studiosorum d. Merc. h. VI-VII disseret; 2) anatomiam cerebri ad usum psychiatriae d. Sat. h. VI-VII docebit.
II. Privatim cursum psychiatriae theoreticae et practicae d. Lun. Iov. Ven. h. VI-VII instituet.

A. Mitscherlich, Dr.

Gratis de morbis chirurgicis organorum uropoeticorum et genitalium cum demonstrationibus d. Mart. Ven. h. V-VI disseret.

L. Perl, Dr.

I. Gratis balneologiam et balneotherapiam semel p. hebd. hor. def. docebit.
II. Privatim capita selecta pathologiae et therapiae specialis ter p. hebd. hor. def. tractabit.

F. Ravoth, Dr.

Privatim chirurgiam generalem et specialem docebit sexies p. hebd. h. IX-X.

E. Remak, Dr.

I. Gratis 1) cursum electrodiagnostices et electrotherapiae cum demonstrationibus semel p. hebd. hor. def. habebit; 2) de morbis nervorum periphericorum disseret semel p. hebd. hor. def.
II. Privatissime cursum electrotherapiae cum demonstrationibus et exercitationibus offert bis p. hebd. hor. def.

L. P. Riess, Dr.

Privatim 1) artem auscultationis et percussionis ceterarumque explorandi methodorum adiunctis exercitationibus bis p. hebd. h. V-VI docebit; 2) morbos organorum digerentium adiunctis demonstrationibus bis p. hebd. h. V-VI tractabit.

G. Sander, Dr.

I. Gratis psychiatriam docebit demonstrationibus illustratam d. Lun. Iov. h. VI-VII.
II. Privatim cursum instituet practicum in dignoscendis atque in foro arbitrandis animi morbis quater p. hebd. hor. def.

R. Schelske, Dr.

Gratis de vitiis oculi humani opticis disseret d. Merc. Sat. h. XII-I.

I. Schiffer, Dr.

Gratis 1) de pathologia et therapia experimentali bis p. hebd. hor. def.; 2) de urinae secretionis pathologia semel p. hebd. hor. def. disseret.

H. Schœler, Dr.

I. Gratis capita selecta ophthalmologiae cum demonstrationibus practicis tractabit bis p. hebd. hor. def.
II. Privatim cursum ophthalmoscopicum instituet ter p. hebd. hor. def.
III. Privatissime cursum operationum ophthalmiatricarum bis p. hebd. hor. def. offert.

E. Steinauer, Dr.

I. Gratis toxicologiae experimentalis partem alteram d. Ven. h. III-IV tradet.
II. Privatim de hygiene publica nec non de methodis quae huc spectant tam chemicis quam microscopicis iunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis d. Mart. Iov. h. III-IV disseret.

A. Tobold, Dr.

I. Gratis laryngoscopiam percussionem et auscultationem adiunctis exercitationibus docebit d. Mart. h. VI-VII.

II. Privatissime cursus laryngoscopiae bis p. hebd. dieb. et hor. def. offert.

F. Travtmann, Dr.

Privatim cursum otiatrices offert d. Merc. Sat. h. III-IV.

F. E. Weber-Liel, Dr.

I. Gratis cursum otiatrices d. Sol. h. X-XII instituet.

II. Privatim cursum otiatrices demonstrativum iunctis exercitationibus operationum hor. def. instituet.

G. Wegner, Dr.

Privatim anatomiam tumorum microscopicam d. Merc. Sat. h. XII-I tractabit.

A. Wernich, Dr.

I. Gratis de accommodatione, acclimatisatione et naturalisatione disseret semel p. hebd. d. Sat. h. II-III.

II. Privatissime et gratis doctrinam morborum endemicorum et epidemicorum tradet ter p. hebd. hor. def.

C. Wernicke, Dr.

Gratis 1) anatomiam cerebri, qua adhibita morbi eius cognoscantur, docebit semel p. hebd. hor. def.; 2) psychiatriam tractabit semel p. hebd. hor. def.

I. Wolff, Dr.

I. Gratis de morbis urethrae, vesicae urinariae, recti, cum demonstrationibus d. Iov. h. IV-V disseret.

II. Privatim cursum fasciarum ligandarum habebit d. Merc. Sat. h. IV-V.

M. Wolff, Dr.

Gratis de morbis organorum uropoeticorum et genitalium adiunctis demonstrationibus disseret die et hor. def.

G. Zvelzer, Dr.

Scholas postea indicabit.

IV. ORDINIS PHILOSOPHICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

I. Vahlen, Dr. Dec.

I. Privatim 1) Catulli carmina d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) Theocriti idyllia iisdem diebus h. XII-I interpretabitur.

II. Privatissime et gratis exercitationes philologicas instituet d. Mart. h. VI-VIII.

III. In seminario philologico sodalibus Ciceronis epistolas ad Atticum interpretandas proponet horis consuetis.

H. E. Beyrich, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

E. Cvrtivs, Dr.

I. Publice exercitationes archaeologicas moderari perget d. Merc. h. I-II.

II. Privatim 1) topographiam Graeciae et coloniarum cum monumentorum quae ibi exstant descriptione quinquies p. hebd. h. XII-I docebit; 2) mythologiam graecam musei Regii monumentis illustrabit d. Merc. et Sat. h. IX-X.

H. G. Dove, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

I. G. Droysen, Dr.

I. Publice exercitationes societatis historicae moderari perget d. Sat. h. VI-VIII.

II. Privatim 1) methodologiam et encyclopaediam historicam quaternis p. h. lectionibus d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. IV-V docebit; 2) historiam aevi recentioris inde ab exeunte saec. xv quaternis p. h. lectionibus d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. V-VI enarrabit.

A. W. Eichler, Dr.

Privatim de morphologia et systemate plantarum phaenogamarum leget quater p. hebd. hor. def.

G. Fœrster, Dr.

I. Publice theoriam telescopiorum d. Mart. h. III-IV additis demonstrationibus docebit.

II. Privatim astronomiam sphaericam et theoriam instrumentorum accitis exercitationibus astronomicis tradet d. Mart. et Ven. h. I-III et hor. vesp. postea def.

H. Grimm, Dr.

I. Privatim introductionem dabit in historiam generalem artis recentioris scholis quaternis p. hebd. h. I-II.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad artis historiam pertinentes instituet semel p. hebd. d. Sat. h. I-II.

F. Harms, Dr.

I. Publice methodum studii academici docebit d. Sat. h. XII-I.

II. Privatim 1) ethicen s. philosophiam scientiarum historicarum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) historiam philosophiae universalem iisdem diebus h. XII-I tradet.

H. Helmholtz, Dr.

I. Privatim physices experimentalis partem secundam (theoriam electricitatis, magnetismi, lucis) d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XII-I exponet.

II. Privatissime exercitationes practicas in laboratorio physico moderabitur, laboratorio quotidie ab h. X ad III (d. Sat. ab h. X ad I) patente.

A. G. Hofmann, Dr.

Privatim 1) chemiam experimentalem docebit d. Lun. h. IX-XI, d. Mart. Merc. h. X-XII; 2) exercitationes chemicas in laboratorio universitatis moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

Æ. Hübner, Dr.

I. Privatim 1) historiam litterarum Romanarum (inde ab Augusti aetate) enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) de Ciceronis libris rhetoricis et philosophis disseret atque selecta scriptorum eorum capita explicabit d. Lun. Mart. Iov. h. I-II.
II. Privatissime et gratis exercitationes societatis philologicae moderabitur d. Ven. h. VII-IX vesp.

V. Iagić, Dr.

I. Publice historiam carminum popularium apud Slavos enarrabit d. Merc. et Sat. h. XII-I.
II. Privatim grammaticam unius ex linguis slavicis comparatam cum palaeo-slovenica docebit d. Mart. Merc. Ven. Sat. h. I-II.
III. Privatissime exercitationes slavicas moderari perget.

H. Kiepert, Dr.

I. Publice chorographiam Italiae tractabit d. Mart. Ven. h. VIII-IX.
II. Privatim geographiam et ethnographiam Asiae docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.

A. Kirchhoff, Dr.

I. Privatim 1) de Graecorum arte metrica disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) Pindari carmina selecta interpretabitur eisdem dieb. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis exercitationes philologicas instituet d. Sat. h. VI-VIII.
III. In seminario philologico libellum qui est de republica Atheniensium sodalibus interpretandum proponet.

G. Kirchhoff, Dr.

Privatim theoriam caloris docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

E. E. Kvmmer, Dr.

Privatim geometriam analyticam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.

R. Lepsivs, Dr.

I. Publice 1) de vita et institutis Aegyptiorum disseret d. Iov. h. II-III; 2) monumenta Aegyptia explicabit d. Ven. h. I-II.
II. Privatissime grammaticam hieroglyphicam docebit d. Lun. Mart. h. II-III.

Th. Mommsen, Dr.

I. Privatim de populo senatuque Romano disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.
II. Privatissime et gratis exercitationes ad res Romanas spectantes moderari perget d. Merc. h. VI-VIII vesp.

C. Mvellenhoff, Dr.

I. Publice exercitationes societatis Theodiscae moderari perget d. Iov. h. V-VII.
II. Privatim 1) grammaticam Theodiscam d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. V-VI docebit; 2) carmen epicum de Beovulfo d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. VI-VII interpretabitur.

C. W. Nitzsch, Dr.

I. Publice exercitationes historicas d. Sat. h. XI-I moderari perget.
II. Privatim res Romanas inde a primis consulibus usque ad Caesaris mortem enarrabit quinquies p. hebd. h. XII-I.

W. Peters, Dr.

I. Privatim 1) zoologiam generalem et specialem iunctis demonstrationibus in museo Regio zoologico d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. I-II; 2) entomologiam d. Lun. h. VIII-X; 3) anatomiam comparatam hor. def. docebit.
II. Privatissime exercitationes zoologico-zootomicas h. VIII-X d. Mart. et Ven. moderari perget.

C. Rammelsberg, Dr.

I. Publice geologiae fundamenta chemica exponet semel p. hebd.
II. Privatim chemiae anorganicae partem alteram tradet d. Mart. Merc. Sat. h. IX-XI.

E. Sachav, Dr.

I. Publice 1) exercitationes palaeographicas in legendis atque explicandis libris Arabicis manuscriptis moderabitur d. Merc. h. XII-II; 2) monumenta linguae Neoturcicae interpretabitur d. Iov. Ven. h. I-II.
II. Privatim 1) dogmata Islami secundum Almawâkif tradet d. Lun. Mart. h. XII-I; 2) poëmata Abu-Nuwasi interpretabitur d. Iov. Ven. h. XII-I; 3) exercitationes Armeniacas moderabitur d. Lun. Mart. h. I-II.

W. Scherer, Dr.

I. Publice exercitationes philologicas ad res Germanicas spectantes instituet d. Ven. h. IX-X.
II. Privatim 1) de Goethii vita et scriptis inde ab a. 1775 usque ad a. 1832 disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) historiam poesis Germanicae per saeculum xvi usque ad Opitium enarrabit d. Lun. Mart. Iov. h. IX-X.

I. Schmidt, Dr.

I. Publice Donalitii poemata Lituanica interpretabitur d. Mart. Ven. h. I-II.
II. Privatim grammaticam comparatam linguarum Italicarum (Latinae, Oscae, Umbricae) docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

E. Schrader, Dr.

I. Publice historiam Assyriorum et Babyloniorum tradet d. Lun. Iov. h. III-IV.
II. Privatim textus Assyriacos explicabit nec non linguae Accadicae elementa tradet d. Mart. Merc. Ven. h. III-IV.
III. Privatissime et gratis grammaticam linguae Aethiopicae docebit et textus Aethiopicos interpretabitur d. Mart. Ven. h. IV-V.

A. Tobler, Dr.

I. Privatim 1) de re metrica Francogallorum disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) linguae Hispanicae elementa tradet librumque Cervantis „Novelas ejemplares“ interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis seminarii Romanensis sodalibus poëma Francogallicum, cui titulus „li contes de Floire“, interpretandum proponet d. Merc. h. V-VII.

H. de Treitschke, Dr.

I. Publice de systematibus civitatum disseret d. Mart. Ven. h. XI-XII.
II. Privatim res in Europa per annos 1789—1815 gestas enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI.

A. Wagner, Dr.

I. Publice de mensis publicis disseret d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim 1) oeconomiam nationalem, praemissa introductione literaria, quinis scholis d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V; 2) doctrinam administrationis internae quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI tradet.
III. Privatissime exercitationes oeconomico-politicas moderari perget d. Ven. h. VI-VII.

W. Wattenbach, Dr.

I. Publice exercitationes historicas instituet usus Richeri historiarum libris IV (Hann. 1877) d. Merc. h. II-IV.
II. Privatim palaeographiam Latinam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III-IV.

A. Weber, Dr.

I. Publice Kâlidâsae Çâkuntalam interpretari perget d. Lun. Iov. h. III-IV.
II. Privatim 1) grammaticam Sanscritam tradet d. Mart. Merc. Ven. h. IV-V; 2) Rigvedam aut Atharvavedam interpretabitur d. Mart. Merc. Ven. h. V-VI; 3) grammaticam Zendicam tradet d. Lun. Iov. h. II-III.
III. Privatissime scholas Sanscritas, Pâlicas, Zendicas offert.

M. Websky, Dr.

I. Privatim calculum crystallographicum docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.
II. Privatissime et gratis exercitationes crystallographicas d. Sat. h. X-I moderabitur.

C. Weierstrass, Dr.

I. Privatim introductionem in theoriam functionum analyticarum tradet d. Lun. Mart. Ven. h. XI-I.
II. Privatissime et gratis problemata quaedam geometrica functionum Abelianarum ope tractabit d. Iov. h. XI-I.

E. Zeller, Dr.

I. Publice de librorum authentia et rerum gestarum veritate diiudicanda disseret d. Merc. h. IX-X.
II. Privatim 1) philosophiam iuris tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) logicam et theoriam cognitionis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

I. Zvpitza, Dr.

I. Privatim historia litterarum anglicarum medii temporis adumbrata Galfredi Chauceri fabularum Cantuariensium particulas selectas interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. X-XI.

II. Privatissime et gratis in seminario anglico Caroli Dickens fabulam, quae inscribitur Christmas Carol, sodalibus explicandam proponet d. Lun. Merc. h. XI-XII.

M. Lazarvs, Dr. Prof. honorarius.

Hoc semestri scholas nullas habebit.

2. *Academiae scientiarum Regiae sodalium.*

G. Waitz, Dr.

Privatissime et gratis exercitationes historicas instituet d. Ven. h. VI-VIII.

3. *Professorum extraordinariorum.*

C. H. Althavs, Dr.

I. Publice Aristotelis de civitate doctrinam explicabit prae ceteris Politicorum libros octo examinans d. Merc. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim historiam philosophiae universam usque ad saec. XVIII enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

P. F. A. Ascherson, Dr.

I. Publice excursiones botanicas d. Dom. instituet.
II. Privatim familias plantarum secus exempla viva tractabit d. Lun. Merc. Sat. h. VIII-IX mat.

A. Bastian, Dr.

Privatim ethnologiam generalem tradet d. Mart. Ven. h. III-IV.

H. Bellermann, Dr.

I. Publice historiae musices partem tertiam enarrabit qua cantus complurium vocum explicatio continetur d. Merc. Sat. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis exercitationes in arte contrapuncti moderari perget d. Merc. Sat. h. VIII-IX.

H. Berendt, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

H. Bresslav, Dr.

I. Publice de chronologia medii aevi disseret d. Merc. h. X-XI.
II. Privatim 1) historiam medii aevi tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X; 2) rem diplomaticam docebit praecipue diplomatum nostrorum regum et imperatorum ratione habita d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.
III. Privatissime et gratis exercitationes historicas et diplomaticas moderari perget hor. post. def.

H. Brvns, Dr.

I. Publice exercitationes circa calculum integralem instituet bis p. hebd. hor. def.

II. Privatim calculum integralem tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

F. Dieterici, Dr.

Publice 1) Coranum interpretabitur atque una leges syntaxeos Arabicae exponet d. Lun. Iov. h. XI-XII; 2) Arnoldi Chrestomathiam explicabit d. Mart. h. XI-XII; 3) carmina Mutanabbii interpretabitur d. Merc. h. XI-XII.

A. Garcke, Dr.

I. Publice excursiones botanicas sueto more instituet.

II. Privatim plantas officinales demonstrabit d. Mart. Merc. h. VIII-X.

C. E. Geppert, Dr.

Valetudine impeditus lectiones non habebit.

F. Th. Haarbrvecker, Dr.

Publice 1) scriptorem aliquem Arabicum interpretabitur d. Mart. Ven. h. V-VI; 2) exercitationes Syriacas moderabitur d. Iov. h. V-VI.

L. Kny, Dr.

I. Publice exercitationes microscopicas instituet d. Lun. Merc. h. III-V.

II. Privatim plantarum physiologiam experimentis illustratam docebit d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

III. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio phyto-physiologico moderabitur sexies per hebd. h. IX-I.

C. Koch, Dr.

I. Publice exercitationes in plantis determinandis per notas inter se respondentes (correspondirende Merkmale) instituet d. Iov. h. VI-VII vesp. in horto regio botanico.

II. Privatim 1) botanicen universalem et specialem quotidie h. VII-VIII mat. docebit coniunctis demonstrationibus plantarum in horto botanico regio d. Ven. h. VI-VII; 2) botanicen oeconomicam coniunctis plantarum demonstrationibus et pratorum aestimationibus (Bonitiren) d. Lun. Merc. h. V-VII vesp.

E. de Martens, Dr.

I. Publice de molluscis et crustaceis faunae marchicae bis p. hebd. hor. def. disseret.

II. Privatim conchyliologiam generalem et specialem exponet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. VIII-IX.

A. Meitzen, Dr.

I. Publice demonstrationes practicas oeconomiae nationalis et statisticae instituet hor. vesp. d. Iov.

II. Privatim de statisticae artis historia doctrina et adiumentis disseret d. Merc. Sat. h. VIII-X.

C. L. Michelet, Dr.

Privatissima de qualibet philosophiae disciplina offert.

F. H. Mveller, Dr.

I. Publice de geographia ac statistica Germaniae disseret d. Merc. h. V-VII.

II. Privatim geographiam atque ethnographiam Asiae tradet quater p. hebd. h. XII-I.

F. G. A. Mvllach, Dr.

I. Publice C. Corn. Taciti Agricolam latine interpretabitur d. Merc. h. VIII-IX.

II. Privatim Iliadem explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. E. B. Orth, Dr.

I. Publice 1) de agris aestimandis aget d. Mart. h. X-XI; 2) excursiones tempore idoneo moderabitur.

II. Privatim 1) de humo et aqua hygienae publicae ratione habita disseret bis p. hebd. d. Lun. Iov. h. X-XI; 2) agriculturam specialem (specielle Ackerbaulehre) tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime exercitationes d. Mart. Iov. h. II-IV instituet.

F. Prætorivs, Dr.

I. Publice 1) linguae Arabicae syntaxin docebit d. Lun. Iov. h. X-XI; 2) librum Henoch Aethiopicum interpretabitur d. Merc. h. X-XII.

II. Privatim Coranum a Baidavio illustratum interpretabitur d. Lun. Iov. h. XI-XII.

C. Robert, Dr.

I. Publice marmora musei regii explicabit d. Merc. h. IV-V.

II. Privatim artis figulinae apud Graecos historiam enarrabit adhibitis musei regii thesauris d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

III. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas moderabitur d. Merc. Sat. h. VIII-IX.

I. Roth, Dr.

I. Publice exercitationes petrographicas instituet d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim petrographiam docebit d. Mart. Merc. Ven. h. XI-XII.

E. R. Schneider, Dr.

I. Publice de sulfosalibus nuper inventis disseret semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim methodos pondera atomica constituendi explicabit binis p. hebd. scholis hor. def.

G. Schott, Dr.

I. Publice de monumentis ingenii populorum Fennico-Ugricae stirpis aget bis p. hebd. dieb. et hor. def.

II. Privatim linguam Mongolicam docebit d. Mart. Merc. Ven. h. V-VI pomerid.

III. Privatissimas scholas offert Sinicas, Turcicas, Fennicas.

E. Sell, Dr.

I. Publice historiam theoriae chemicae enarrabit d. Lun. h. IV-VI.

II. Privatim de nutrimentorum falsificationibus bis p. hebd. hor. post. def. disseret.

III. Privatissime exercitationes de analysi qualitativa et quantitativa in laboratorio suo moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

F. L. Sonnenschein, Dr.

I. Publice colloquia chemica habebit.

II. Privatim chemiam analyticam qualitativam et quantitativam docebit ter p. hebd. hor. def.

III. Privatissime disquisitiones chemicas moderari perget in laboratorio suo h. VIII-XII et II-VI.

Ph. Spitta, Dr.

I. Publice de artis musicae generibus quae oratorium et opera vocantur disseret d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim de Ioannis Sebastiani Bachii vita atque arte disputabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. V-VI.

H. Steinthal, Dr.

Privatim mythologiam generalem et comparativam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

F. Tietjen, Dr.

I. Publice 1) de interpolatione et de integratione numerica disseret d. Merc. h. IX-X; 2) doctrinam et praxin methodice computandi demonstrabit d. Mart. Ven. h. V-VII.

II. Privatim de methodis ad orbitas planetarum et cometarum determinandas adhibitis aget d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

A. Wangerin, Dr.

I. Privatim 1) calculum differentialem et introductionem in analysin tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) de geometria synthetica disseret d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX.

II. Privatissime et gratis exercitationes circa calculum differentialem instituet d. Merc. h. IX-X.

C. Werder, Dr.

Hoc semestri lectiones non habebit.

H. Wichelhaus, Dr.

Privatim exercitationes in laboratorio technologico universitatis quotidie instituet h. IX-V.

C. Iessen, Dr. Prof. extraord. Gryphiswaldensis.

I. Publice exercitationes in indigenarum plantarum speciebus familiisque dignoscendis instituet d. Merc. h. V-VII.

II. Privatim 1) plantae cultae unde ortae et quomodo diffusae sint ex nominibus naturaque demonstrabit d. Iov. Ven. h. V-VI; 2) botanicen microscopicam tractabit d. Mart. Ven. h. VII-IX.

4. *Privatim docentium.*

H. Aron, Dr.

I. Gratis capita selecta hydrodynamices d. Mart. h. X-XI tractabit.

II. Privatim theoriam electricitatis d. Lun. h. X-XI, d. Iov. h. XI-I docebit.

A. Arzruni, Dr.

I. Gratis introductionem crystallographiae chemicae tradet semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim 1) mineralogiam docebit d. Lun. Mart. Sat. h. X-XI; 2) exercitationes mineralogicas moderabitur d. Lun. Iov. h. IV-VI.

I. Barth, Dr.

Gratis 1) textus Syriacos difficiliores explicabit d. Mart. Ven. h. XII-I; 2) auctores Neohebraicos interpretabitur semel p. hebd.

E. Baumann, Dr.

Privatim 1) chemiam physiologicam docebit bis p. hebd. hor. def.: 2) cursum practicum chemiae physiologicae habebit quotidie h. X-XII; 3) exercitationes chemicas in laboratorio instituti physiologici novi moderabitur quotidie h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

O. Brefeld, Dr.

I. Gratis plantarum anatomiam et histologiam exercitationibus microscopicis institutis docebit d. Mart. Iov. h. III-V.

II. Privatim fungorum physiologiam et evolutionis historiam experimentis et demonstrationibus microscopicis illustratas docebit d. Lun. Merc. Ven. h. V-VI.

G. Dames, Dr.

I. Gratis geognosiam Germaniae septentrionalis coniunctis excursionibus tradet d. Merc. h. I-II.

II. Privatim de petrefactis praecipuis formationum neptuniarum disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. I-II.

I. Droysen, Dr.

I. Gratis Pompeiorum urbis historiam et antiquitates publicas enarrabit d. Lun. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim elementa epigraphices Graecae cum interpretatione inscriptionum Atticarum selectarum docebit d. Merc. Sat. h. IX-XI.

III. Privatissime et gratis exercitationes ad historiam et antiquitates publicas Graecorum pertinentes moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

B. Erdmann, Dr.

I. Gratis introductionem in philosophiam huius aetatis tradet d. Merc. Sat. h. XII-I.

II. Privatim historiam et criticen philosophiae Kantianae tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

III. Privatissime et gratis exercitationes philosophicas instituet proposita Kantii prolegomenon metaphysices lectione d. Lun. h. V-VII.

L. Geiger, Dr.

I. Gratis 1) historiam Germaniae aevo reformationis tractabit d. Merc. h. XI-I; 2) de litterarum Italicarum historia disseret d. Sat. h. XI-I.

II. Privatim historiam litterarum Germanicarum saeculi xviii docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III-IV.

P. Glan, Dr.

Privatim exercitationes practicas ad usum instrumentorum physicorum spectantes instituet d. Lun. Sat. h. V-VIII.

I. P. Hassel, Dr.

I. Privatim historiam annorum 1812—1815 quater p. hebd. hor. def. enarrabit.

II. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderari perget.

R. Henning, Dr.

I. Gratis exercitationes de lingua Gotica atque Theodisca instituet d. Sat. h. VIII-X.

II. Privatim 1) de re metrica Germanorum disseret adiecta interpretatione carminis Kudrun inscripti d. Lun. Mart. Iov. h. IV-V; 2) narrationem norroenam de Gunnlaugi Vermilinguis et Rafnis poetae vita interpretabitur d. Merc. Ven. h. IV-V.

III. Privatissime artem epigraphicam Germanorum antiquissimam exponet hor. def.

R. Hoppe, Dr.

Privatim 1) nova fundamenta philosophiae exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. II-III; 2) mechanicen analyticam docebit iisdem dieb. h. III-IV; 3) theoriam functionum ellipticarum tradet d. Lun. Iov. h. V-VII.

M. Iordan, Dr.

Privatissime et gratis vitarum artificum a Georgio Vasario conscriptarum selecta capita interpretabitur bis p. hebd. hor. def.

E. Kayser, Dr.

Itinere geologico praepeditus lectiones non habebit.

A. Lasson, Dr.

I. Gratis de iis rationibus quae inter rempublicam et societatem civilem intercedunt disseret d. Sat. h. IV-V.

II. Privatim 1) paedagogicam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) aestheticam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

C. Liebermann, Dr.

Privatim 1) chemiae organicae capita selecta d. Mart. h. IX-XI et Ven. h. XI-XII tradet; 2) pigmentorum organicorum chemiam docebit d. Sat. h. XI-I; 3) exercitationes et disquisitiones chemicas in laboratorio academiae technicae regiae organico moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-V et Sat. h. VIII-I.

C. A. Lossen, Dr.

Itinere geognostico impeditus hoc semestri lectiones non habebit.

F. A. Mercker, Dr.

I. Gratis 1) ethices Aristotelicae principia tradet semel p. hebd. d. Sat. h. XII-I; 2) rhetoricen docebit semel p. hebd. d. Merc. h. VI-VII; 3) exercitationes rhetoricas moderabitur d. Merc. h. VII-VIII.

II. Privatim Platonis libros de legibus quater p. hebd. interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

P. Magnus, Dr.

Privatim historiam naturalem algarum docebit d. Mart. Ven. h. V-VI.

F. Neesen, Dr.

I. Gratis opticen geometricam semel p. hebd. hor. def. tradet.

II. Privatim theoriam elasticitatis bis p. hebd. hor. def. docebit.

H. Oldenberg, Dr.

I. Gratis selecta Mahâbhârati capita interpretabitur d. Merc. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim grammaticam linguae Pâlicae docebit d. Lun. Iov. h. IV-V.

F. Paulsen, Dr.

I. Gratis 1) historiam institutionis publicae apud gentes cultiores inde a media aetate enarrabit d. Mart. Ven. h. VIII-IX; 2) repetitiones et colloquia ad historiam philosophiae recentioris spectantia instituet d. Merc. h. VI-VIII.

II. Privatim historiam philosophiae recentioris usque ad exitum saeculi XVIII docebit ratione habita universae culturae huius aetatis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

A. Pinner, Dr.

Privatim 1) chemiam anorganicam experimentis illustratam sexies docebit p. hebd. h. VIII-IX; 2) pharmaciae partem anorganicam coniunctis experimentis quater p. hebd. tractabit hor. def.

O. Seeck, Dr.

I. Gratis geographiam politicam imperii Romani enarrabit d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim antiquitates populi Romani privatas docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime historicorum Romanorum imprimis T. Livii partes selectas interpretandas proponet hor. def.

A. W. F. Schultz, Dr.

I. Gratis de climatis Italiae salubritate disseret d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim 1) climatologiam medicam tradet d. Mart. Ven. h. V-VI; 2) capita selecta politices explicabit d. Mart. Ven. h. VI-VII.

G. Treu, Dr.

Ex itinere redux lectiones indicabit.

L. Wittmack, Dr.

Gratis de seminum praecipue oeconomicorum anatomia physiologia et morphologia disseret exercitationibus practicis ad adulterationes cognoscendas iunctis d. Lun. Sat. h. VIII-IX.

SCHOLAE LECTORIS STENOGRAPHIAE.

G. Michaelis, Dr.

I. Gratis 1) stenographiam Germanicam docebit accedentibus exercitationibus practicis d. Mart. Ven. h. V-VI; 2) historiam orthographiae Germanicae enarrabit d. Lun. h. V-VI.

II. Privatissime offert stenographica Germanica, Anglica, Italica, Gallica, Hispanica, Lusitana.

PVBLICA DOCTRINAE SVBSIDIA.

Bibliotheca Vniversitatis (Dorotheenstrasse Nr. 9) itemque bibliotheca regis iis, qui libros in quovis genere optimos evolvere volent, quotidie patebit.

Observatorium, hortus botanicus, apparatus herbarius, institutum plantarum physiologiae destinatum (Dorotheenstrasse Nr. 95 6), musea anatomicum, zootomicum, zoologicum, mineralogicum, instrumenta chirurgica, apparatus pharmacologicus, apparatus physicus, instituti regii chartographici copiae, apparatus archaeologicus, Vniversitatis museum Christianum, museum artibus dicatum, imagines gypseae variaque artium opera etc. cum ad lectiones adhibebuntur tum aditus ad haec dabitur suo loco petentibus.

Seminarii theologici exercitationes eas, quae ad Vetus Testamentum interpretandum pertinent, moderabitur Dillmann; eas, quae ad Novum Testamentum pertinent, Weiss; historicis, h. e. ad historiam ecclesiae et dogmatum christianorum pertinentibus, praeerit Semisch; seminarii practici theologici exercitationes homileticas moderabitur Kleinert, catecheticas Pfleiderer.

Seminarii iuridici exercitationibus praeerunt Beseler, Brvns, Hinschivs.

Medicinae et chirurgiae studiosis exercitandis inservient theatrum anatomicum et laboratorium physiologicum, institutum pharmacologicum, institutum exercitationibus in medicina forensi destinatum, policlinica tria in nosocomio Vniversitatis (Ziegelstrasse Nr. 6), alterum medicum, alterum chirurgicum, tertium otiatricum, policlinicum ophthalmiatricum (Marienstrasse Nr. 23), clinicum Vniversitatis obstetricium (Dorotheenstrasse Nr. 5) cum policlinico obstetricio; item in nosocomio Caritatis clinica medica duo, chirurgicum, ophthalmiatricum, psychiatricum et neuropathologicum, obstetricium, gynaecologicum, syphiliticis et infantibus curandis destinata, institutum anatomiae et physiologiae pathologicae exercitationibus practicis destinatum: de quorum usu et rectoribus singillatim dictum suis locis est.

In seminario regio philologico in interpretandis Ciceronis epistolis ad Atticum sodales exercebit Vahlen d. Merc. h. XI-I; libellum qui est de republica Atheniensium A. Kirchhoff d. Sat. h. XI-I sodalibus interpretandum proponet; idem eodem die h. X-XI disputationibus praeerit.

Seminarii Romanensis et Anglici exercitationibus praeerunt Tobler et Zvpitza.

Seminarii mathematici exercitationibus praeerunt Kvmmer et Weierstrass d. Merc. h. IV-VII.

Exercitationes musicae academicorum societatis moderabitur Bellermann d. Ven. h. VIII-X.

ARTIVM EXERCITATIO.

Artem arma tractandi docebit Nevmann, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Artem saltandi docebit Freising, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Equitandi modos docebit Hildebrandt, artis equestris magister in Vniversitate constitutus.

No. 3

INDEX
LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

GVILELMI

IMPERATORIS GERMANICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA
FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A. D. XVI. M. OCTOBRIS A. MDCCCLXXVII
VSQVE AD D. VI. M. APRILIS A. MDCCCLXXVIII

HABEBVNTVR.

J. Vahlen, Comm.

BEROLINI
FORMIS ACADEMICIS
(G. VOGT).

VNIVERSITATIS LITTERARIAE

FRIDERICAE GVILELMAE

RECTOR ET SENATVS.

De M. Verrio Flacco, nobilissimo aetatis Augustae grammatico et antiquario, Suetonius in libello, quo illustrium grammaticorum et rhetorum vitas complexus est, scribit haec: *Verrius Flaccus libertinus docendi genere maxime inclaruit. namque ad excitanda discentium ingenia aequales inter se committere solebat proposita non solum materia quam scriberent sed et praemio quod victor auferret: id erat liber aliquis antiquus pulcher aut rarior. quare ab Augusto quoque nepotibus eius praeceptor electus transiit in Palatium cum tota schola, verum ut ne quem amplius posthac discipulum reciperet. docuitque in atrio Catulinae domus quae pars Palatii tunc erat, et centena sestertia in annum accepit. decessit aetatis exactae sub Tiberio. statuam habet Praeneste in inferiore fori parte circa hemicyclium in quo fastos a se ordinatos et marmoreo parieti incisos publicarat.* Ita haec Reifferscheidius edidit,* cetera recte, nisi quod de loco, ubi Verrii statuam positam fuisse Suetonius dicit, propter testium discordiam incertum vacillat iudicium. Quos enim sex codices huic castigando libro adhibuit editor, renascentium litterarum saeculo exaratos et ab uno omnes apographo eo quod eadem aetate Henoch Asculanus in Italiam asportavit deductos, ex eis duo, Vaticanus 1862 et Leidensis, *inferiore*, ceteri, Neapolitanus, Ottobonianus, Gudianus, Vaticanus 1518, *superiore fori parte* (vel *parte fori*), rursus Vaticanus prior et Leidensis cum Gudiano *circa*, reliqui tres *contra hemicyclium* exhibent. Qua in memorabili discrepantia quod Reifferscheidius Vaticani et Leidensis testimonio obtemperavit quippe quorum universe potiorem esse fidem sibi persuasisset, id tamen non ita accipi voluit, ut non, patrocinante scilicet ratione, alteras illas scripturas pro veris liceret et antiquis habere; itaque ipse aliquoties posthabita Vaticani et Leidensis auctoritate reliquorum quattuor aut trium ex iis scripturas ob vim et sententiam aut dicendi morem praesta-

biles in textu ponere non dubitavit. Atque in hac controversia quae nunc in manibus est interpolationis certe suspicio abest: neque enim credibile videtur, scribam temerario corrigendi studio pro *inferiore superiore* aut pro *circa* posuisse *contra*, sed apparet mero errore propter parum distinctam archetypi scripturam in altero utro apographorum genere peccatum esse. Quare cum in utraque parte verum esse possit, non testium fides ponderanda sed expendendae rationes sunt, quibus utrum sit verius probetur. Sed *inferiore* an *superiore* rectius scriberetur, non contigit ut argumenti vi diiudicaremus, quamquam vel sic cavendum esse sentimus ne nimia fiducia veri in re dubitabili foveamus alterum, alterum contemnamus. De altera autem differentia videmur nobis rationem dispicere, quae non *circa*, quod adhuc probatur, sed *contra hemicyclium* antiquitus scriptum fuisse persuadeat. Namque Verrium, quem origine Praenestinum fuisse ex hac ipsa Suetonii memoria perquam probabiliter O. Hirschfeldus coniecit, verisimile est fastos quos Suetonius dicit Praenestinorum iussu ordinasse*) et in communem usum Praeneste in loco publico proponendos curavisse, Praenestinos autem cum illustrem civem statua honestare vellent eum locum delegisse, in quo opus eius omnium oculis expositum extaret. Quodsi ita recte mentem Suetonii interpretamur, statuam consentaneum est non *circa* hemicyclium h. e. alicubi in vicinia eius collocatam fuisse sed *contra* i. e. e regione sive in conspectu hemicyclii: sic enim oportet in oratione qualis haec est harum praepositionum significationem discernas, et *circa* quidem illa vi Suetonius in vita Horatii posuit p. 47, 16 *domus eius ostenditur circa Tiburni luculum; contra* autem idem in Augusto c. 44 *solis virginibus Vestalibus locum in theatro separatim et contra praetoris tribunal dedit.*

Suetonii et huius de Verrii fastis testimonii memor Fogginius cum a. MDCCLXXI Praeneste inter reliquias aedificii cuiusdam recens erutas marmorum nonnullorum fastis inscriptorum fragmenta reperisset, hos esse Verrii fastos et aedificium hemicyclium, cuius Suetonius mentionem fecisset, suspicatus est suamque opinionem aliis probavit. Sed aedificium illud in campo situm cum ab oppido antiquo monti imposito circa XX stadia abesse, inter eum autem locum et oppidum insuper necropolim antiquam altius eminuisse exploratum esset, Fogginii sententiam cum Suetonii memoria hemicyclium non nimis longe a foro abfuisse testantis aegre conciliari apparuit. Nam quod Mommsenus cum in Corporis inscriptionum Latinarum volumine primo hos fastos ederet suisque commentariis augeret, Suetonii verba fortasse ita intelligi posse opinatus est (p. 311), ut statuae in inferiore

*) hoc est eo ordine quo ederentur concinnavisse; opinamur enim Hirschfeldum de *ordinando* non recte iudicare. Confer Nepotis vit. Attic. c. 18,1 *antiquitatem adeo diligenter habuit cognitam ut eam totam in eo volumine exposuerit quo magistratus ordinavit;* ibidem 3 *Iuniam familiam a stirpe ad hanc aetatem ordine enumeravit.*

parte fori (sic enim legit) positae, quoniam forum Praenestinum sursum fuisse constaret, in hemicyclium in planitie situm quamvis longe remotum despexisse crederentur (putes eum *contra* legisse, non *circa*, quod probat), non fugit eum hac explicatione, qua is Fogginii divinationem tueri voluit, Suetonio non plane satis fieri, qui sive *circa* sive quod nos verum habemus *contra hemicyclium* scripsit, hoc indicat haud ambigue inter Verrii statuam in foro constitutam et hemicyclium fastis ornatum spatium non ita magnum interfuisse. Sed frustra omnino interpretandi operam sumptam esse postea compertum est, cum teste Henzeno (*Bullettino dell' instituto di corrispondenza archeologica per l'anno 1864, p. 70*) a. MDCCCLXIIII viri periti rursus eodem loco ubi saeculo superiore fastorum reliquiae repertae erant studiosius scrutati fastorum quidem fragmenta quae speraverant offendissent nulla, sed illud certius agnovissent, non has hemicyclii antiqui quas Fogginius putarat sed aedificii cuiusdam Christiani parietinas esse saeculo quarto vix superioris. Quare cum in eo certe aedificio marmora illa, pagana scilicet, quae in eius vicinia reperta erant, locum suum et antiquum habuisse non possent, iam nihil obstabat, quo minus ratio ita concluderetur, hemicyclium Verrii fastis decoratum, in cuius conspectu statua eius visebatur, fori Praenestini partem sive inferiorem sive superiorem propius attigisse, eo vero diruto tabulas illas marmoreas aliorsum asportatas ad ornandum aliud aedificium esse conlatas. Nam fastos a Fogginio in lucem editos revera esse Verrianos quos Suetonius testaretur, tantum aberat ut propter hemicyclium in dubium vocaretur, ut eo firmius asseverare liceret, dirempta nimirum controversia de loco quae una ei obesse opinioni videri poterat.

Novam eamque valde cum his discrepantem sententiam nuper professus est Hirschfeldus (in Herm. vol. IX p. 103), qui quia de hemicyclio Fogginiano res irrita facta est, iam nihil esse ratus quod fastos illos eosdem esse censeremus quos a Verrio in hemicyclio publicatos Suetonius commemoravit, omnem huius memoriam a fastis Praenestinis seiunctam voluit ad consulares fastos iussu Augusti Romae in regiae parietibus propositos transferri. Cum enim animum induxisset in horum ordinandorum negotio non potuisse non Verrii Flacci clarissimi eius aetatis antiquarii partem esse praecipuam, hanc rationem cum Suetonii testimonio ita coniungere conatus est ut Verrium consulum quidem fastos ordinasse et publicasse Romae, eorum autem fastorum exemplum quoddam Praeneste in hemicyclii parietibus exposuisse idque a Suetonio memoriae prodi statueret; verba vero Suetonii huic commento refragantia non dubitavit corruptelae arguere, correctione etiam proposita huius modi: *hemicyclium, in quo fastos a se ordinatos et marmoreo* [*Romae*] (sive *Romae Regiae*) *parieti incisos publicarat.* Nolumus cavillari coniecturam non nimis caute factam nec illam lubricam de fastorum consularium temporibus quaestionem sic in transcursu exagitabimus: tantum ponimus breviter, Suetonii memoriam ne vi quidem posse ad repetitum publicati alibi operis exemplum trahi et haec

verba, plana ac perspicua modo ne invita in alienum sensum detorqueantur, omnem medendi operam respuere. Ergo hoc tenebimus, Suetonii aetate fastos a Verrio in hunc usum compositos marmori incisos Praeneste in hemicyclii foro vicini parietibus esse spectatos; cumque Praeneste prodierint fractae tabulae marmoreae fastos tenentes Verrianae adeo doctrinae vestigiis sat certis conspicuos (nam hoc ne Mommsenus quidem negavit, etsi dubia quaedam movit de origine), ipsa rei probabilitate suadente, has esse fastorum Verrianorum quos Suetonius dicat reliquias credemus. At, inquit, non eo loco marmora reperta sunt quem ille designat. Sed ibi ubi eorum sedes propria ac primitiva esse nullo pacto potuit; neque hoc unicum est exemplum monumentorum non suo loco erutorum. Et fastos dicit Suetonius, marmora autem Praenestina hemerologii tantum partes tenent. Quasi vero fastorum appellatio minus recte aut proprie in dierum ac temporum descriptionem quam enumerationem consulum cadat. Sed licet facile credas, si qua forte eo vestigia ducant, Verrium hemerologio consulum laterculum adiecisse, nunc nihil impedit quominus Suetonium hemerologium tantum Verrianum significasse ponamus. Ita nulla parte nobis quidem aut Suetonii testimonium infringi aut ab eo fastorum Praenestinorum origo posse divelli videtur.

Sed Hirschfeldus etiam longius coniectando provectus, cum de Verrio Flacco grammatico nobili multisque operibus claro non ampliora magisque relatu digna a Suetonio tradi miraretur, in eam suspicionem abiit, ne haec non vera esset et primitiva huius capitis ac totius libri forma sed excerpendo concisa et in brevius redacta quaeque Suetonianae ubertatis vix umbram retineret. Nimirum videmus etiam alios viros doctos de hoc libello deque grammaticis in hoc ordine positis aut ab eo seclusis ita iudicare, ut consilium scriptoris et instituti rationem quamvis manifesta non videantur recte aestimare. Velut Steupius in libro de Probis grammaticis p. 71, cum de Aemilio Aspro et Valerio Probo iuniore, quem commentus est, a Suetonio praetermissis agit, 'non ita paucos' Bergkio adsentiens scribit 'Suetonium omisisse grammaticos qui nobis commemorandi fuisse videantur sed ceteros quos desideremus Varroniana fere aetate fuisse, Asprum vulgo statui fuisse Neronis potissimum temporibus, et cum remotissimum quemque facillime videatur fieri potuisse ut Suetonius praetermitteret, hunc cur non commemoraverit, eo explicari quod etiamtum vixisse videatur eo tempore quo Suetonius libros quos de viris illustribus conscripsit ediderit.' Nec dissimilia Teuffelius in libro copioso quo litterarum Romanarum monumenta recensuit 328,3 et 343,3. Quid ergo est? Nempe Suetonius posteaquam prooemio libelli a parvis initiis artem grammaticam ortam Romae paulatim ambitu et dignitate crevisse et postremo magna scholarum et magistrorum frequentia in urbe et in provinciis celebratam esse exposuit, *claros professores* (p. 104,12) h. e. qui scholae operam navarunt enumerare instituit: cuius tenax propositi omnes quos deinceps recenset grammaticos non solum

docuisse tradit sed quando quibusve viis aut rationibus ad hoc munus delati sint quove successu vel emolumento scholae praefuerint dedita opera ac studiose enarrat; hinc illa *scholam aperuit; docuit multos et nobiles: schola se sustentavit; docuit maiore fama quam emolumento; docuit in pergula; ad famam docendo pervenit*, et similia in omnibus capitulis, praeterquam in tribus, 12. Cornelii Epicadi, 14. Curtii Niciae, 21. C. Melissi, in quibus de docendo nihil expresse dicit. Nam quod c. 22 de M. Pomponio Marcello item docendi munus non commemoravit, cum ita scribat *nam interdum* ET *causas agebat*, hoc oportet intelligi, propriam eius operam in docendo fuisse; neque aliter Suetonius quam universo ordini praemisit *clarorum professorum* appellationem in illos tres quoque, quorum de doctrina mentionem non facit, tacite voluit valere, qui praesertim toto genere compares essent et comparabiles illis quos ad instituendos pueros et adulescentes se dedisse verbo testatur. Libros autem scriptos vel editos horum professorum saepe non curat, ubi vero eorum rationem habet, aut universe genus designat aut si quid in iis memorabile vel singulare adnotandi occasio est id afferre non omittit.

Haec cum huius libelli ratio sit, intelligitur, cur Suetonius principem grammaticorum, M. Varronem, in philosophos maluerit quam in grammaticos referre; Aemilium Asprum autem quod silentio praeteriit, quem umquam professum esse plane ignoratur, eius rei non aliae anquirendae causae sunt, neque id impedit, quo minus, quod aliunde probabile est, re vera M. Valerium Probum, qui extremus est illustrium professorum, aetate antecessisse credatur. Quid vero de Verrio Flacco putamus aliud aut amplius expositurum fuisse Suetonium, qui non hoc egit, ut celebris grammatici opera recenseret sed eius in docendo virtutem et artificia et laudem declararet, qui ne fastos quidem ipsorum causa memoravit sed propter statuam in Verrii honorem positam; huius autem commemorationem quod non omisit, hoc vero est ex illo Suetonii proprio minutarum rerum studio quo vel in Orbilii vita (c. 9) statuam eius Beneventi ostendi non praeteriit et in Caesarum vitis similia multa cum cura sectatus est. Quae cum ita sint, non est profecto quod hanc de Verrio Flacco memoriam non sua forma et ambitu legi, aut totum de grammaticis libellum, quem defectu uno et altero laborare, gravioribus etiam nonnullis corruptelis depravatum esse constat*), epitomatoris insuper licentiam perpessum esse arguamus.

*) Interpolationem addit Reifferscheidius, sed quo tamquam certissimo eius exemplo utitur (p. 417 s.) vanum est, nam quae p. 112,17 seclusit in his *libertus Attici equitis Romani* [*ad quem sunt Ciceronis epistulae*], eadem verba fugit eum in vita Tiberii c. 7 legi; et de altera quoque interpolatione, quam in Addendis ad p. 118,1 memoravit, nobis conferentibus Claud. 33. Galb. 22 admodum dubia res esse visa est; ceterum ibidem *dicto* QUOQUE *non infaceto notatum ferunt cuiusdam* QUI CUM *in turba* scribendum est, et p. 116,1 *quare cito manumissus Augusto* ETIAM *insinuatus est* (conf. p. 113,15); quod

Verum etiam in aliis harum vitis cavendum est ne Suetonii rationibus parum perspectis specie decepti colligamus quae accuratius ponderanti non possunt non vana videri. Id quod accidisse putamus Schottmuellero cum in docto libello De Plinii libris grammaticis p. 28 quae Palaemonis nomine apud Charisium feruntur ob ieiunitatem quandam doctrinae et exemplorum paucitatem Remmio Palaemone indigna esse demonstrare studeret in eam rem Suetonii quoque auctoritate usus qui de illo grammatico c. 23 haec inter alia scribit: *manumissus docuit Romae ac principem locum inter grammaticos tenuit, quamquam infamis omnibus vitiis, palamque et Tiberio et mox Claudio praedicantibus, nemini minus institutionem puerorum vel iuvenum committendam. sed capiebat homines cum memoria rerum tum facilitate sermonis, nec non etiam poemata faciebat ex tempore, scripsit vero variis nec vulgaribus metris. arrogantia fuit tanta, ut M. Varronem porcum appellaret, secum et natas et morituras litteras iactaret, nomen suum in bucolicis non temere positum sed praesagiente Vergilio, fore quandoque omnium poetarum ac poematum Palaemonem iudicem. gloriabatur etiam latrones quondam sibi propter nominis celebritatem parsisse.* Hic igitur Schottmuellerus admirabundus quaerit: 'Quo modo haec conspirant cum Palaemonis Charisiani commentariis adhuc superstitibus? ubinam locorum illa mirifica rerum memoria eminet? num in versibus volgarium scriptorum istis paucissimis apparet? hic Palaemon si immensa rerum memoria ceteros illius temporis grammaticos superasse dicitur, quid denique memoriae his fuerit scire velim. haec igitur quae apud Charisium extat praeclara doctrina illa

---

utrumque Rothius recte edidit, non recte Reifferscheidius, ut nobis quidem videtur. — Vulnerum desperatorum quae Reifferscheidius p. 417 exposuit unum temptabimus saltem; putamus enim p. 108,11,
haere *haere*
ubi haec monstra in libris sunt *eiusque herma* (vel *hermam*), deesse quidem nihil, quod cum Rothio statuit Reifferscheidius, sed sic scripsisse aut potuisse scribere Suetonium *ipse* (Ateius) *ad Laelium Hermam scripsit, se in Graecis litteris magnum processum habere et in Latinis nonnullum, audisse Antonium Gniphonem eiusque* THEOREMATA *postea docuisse, praecepisse autem multis et claris iuvenibus.* Contra defectum seorsum ab editoris sententia agnoscimus in eis quae p. 102 gravius depravata leguntur, quorum formam orationis hanc fuisse arbitramur *utque temporibus quibusdam super viginti celebres scholae fuisse in urbe tradantur,* PRETIA *vero grammaticorum tanta* MERCEDESQUE *tam magnae, ut constet, Lutatium Daphnidem, quem* CAIUS (*leuuſ* libri, hoc est totidem apicibus *Cuuſ*, conf. p. 115,14) *Melissus per cavillationem nominis* Πανὸς ἀγάπημα *dicit, septingentis milibus nummum a Q. Catulo emptum ac brevi manumissum, L. Apuleium ab Aeficio Calvino equite Romano praedivite • • • quadringenis annuis* (cf. 117,16) *conductos multos* EDOCERE (*edoceret* libri, tenendum enim *edocendi* verbum et hic et p. 114,12 *sed cum edoceret iam multos*, ubi nihil desideratur). *nam* (Reifferscheidius *iam*) *in provincias quoque grammatica penetraverat, ac nonnulli de notissimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia togata, inter quos Octavius Teucer et Sescennius Iacchus et Oppius Chares, hic quidem ad ultimam aetatem et cum iam non ingressu modo deficeretur sed et visu.* nam haec postrema Reifferscheidius interpungendo magis obscuravit quam declaravit: de conformatione sententiae cf. 108,12 et vit. Caesar. 50. 52. Postremo idem quo iure p. 107,20 *Orbilium* induxerit, p. 106,13 *opusculum suum* pro corruptis habeat, dubitamus.

est, qua fretus Varrones porcos appellare ausus est, cui confisus secum et natas et morituras litteras iactabat', et eodem tenore plura. Sed Suetonius artem edidisse Palaemonem ne commemorat quidem: hominem describit, hominis arrogantiam et luxuriam et libidinem fabellis ut solet et dicteriis appositis declarat, et aperit, qui factum sit, ut homo 'infamis omnibus vitiis' scholae fama et frequentia discipulorum inter illius aetatis professores inclaruerit: 'capiebat homines cum memoria rerum tum facilitate sermonis*).' Quid quaesumus haec ad artem? quam nos ne scimus quidem, edita ab ipso fuerit an fortasse intercepta a pueris vel adulescentibus, quam speciem multam fuisse in hoc genere litterarum ex Suetonii libro c. 5 et 7 discitur et ex Quintiliano prooem. 1,7. Quare Suetonii causa nihil esse censemus, quod alium operose indagemus Palaemonem, cui artis particulae Charisii beneficio superstites tribuantur.

Agmen claudit 'clarorum professorum' M. Valerius Probus Berytius, de quo et ceteris Probis ampla est et perdocta Steupii disputatio in libro supra nominato: nos ut libelli de grammaticis naturam et condicionem declaremus, missis aliis quaestionibus, unum perstringemus paucis, docendi genus, cuius causa Suetonius Probo locum in hoc ordine professorum assignavit quodque in eo peculiare et a reliquorum usu discretum fuisse indicat cum ita scribat: *hic non tam discipulos quam sectatores aliquot habuit; numquam enim ita docuit ut magistri personam sustineret: unum et alterum vel cum plurimos tres aut quattuor postmeridianis horis admittere solebat cubansque inter longos ac vulgares sermones legere quaedam idque perraro.* Quae si recte accipimus, Probus non stans in pulpito ut fere magistri (cf. Sueton. p. 104,8) docere sed cubans lectulo sermones serere cum paucis consuevit, quos non adulescentes sed aequales Probi familiares fuisse Steupius nec necessario nec probabiliter sumpsit, mirum in modum vana opinione abusus; idcirco enim sectatores potius aliquot quam discipulos eum habuisse Suetonius scribit, quod ipse non quasi magister legendo et dictando ut ceteri sed sermocinando confabulando doceret eos quos certis horis ad se admittere solebat. Quorum sermonum argumentum si quaeritur, respondebimus, fuisse quaestiones grammaticas, scriptorum iudicia, locorum explanationem aut emendationem, totum denique genus, in quo Probum habitasse Suetonius testis est. Nimirum vulgares sermones non in rebus vulgaribus haerentes sed communi ac familiari more colloquendi sertos nec tamquam praeceptoris ore pronuntiatos intelligimus. Ex iis autem sermonibus nihilne doctrinae Probianae ab interlocutoribus exceptum et communicatum cum pluribus putabimus? Immo hoc adeo rei natura commendatur,

---

*) Conferre iuvat cum his quae Tacitus in dialogo c. 29 de rhetoribus refert: *colligunt discipulos non severitate disciplinae nec ingenii experimento sed ambitione salutationum et illecebris adulationis.*

ut hac via multa Probi iudicia de scriptoribus locisque singulis legendis aut intelligendis in vulgus emanasse non dubitemus. Sed idem praeter sermones *legere* quaedam dicitur *idque perraro:* quippe haec verba cum *legendo* artius iungenda videntur, *legendi* autem vim et usum Steupius prolixa quaestione explanavit ita ut grammaticum officium in interpretandis et commentandis scriptoribus positum designaretur; quod esse artis apparet et nunc tamquam artificiosum sermonibus opponi voluit Suetonius. Hoc vero duplici genere doctrinae quo usum Probum Suetonius significat, etiam praeter scriptorum editiones quibus praecipuam curam impendere solebat, largam et variam artis grammaticae materiam potuisse tractari manifestum est, cuius bonam partem per sectatores etiam ad posteros propagatam esse ut ultro credibile est ita certis quibusdam indiciis monstratur. Enimvero nos longe a Steupii rationibus diversi ita existimamus, si quis illis Suetonii verbis probe intellectis et docendi consuetudine Probiana recte animo informata A. Gellium percurrat, eum non posse non usquequaque hunc Probum Berytium agnoscere: ita pleraque omnia quae a Gellio aut ab eius familiaribus narrantur de Valerio Probo in hunc grammaticum cadere et huius referre morem instituendi videntur. Atque hoc esse firmissimum fundamentum censemus, quo controversia quam ille movit de duplici Valerio Probo, Gellii aetate utroque maiore, dilui et possit et debeat. Nam quod Martialis 3,2 'Cuius vis fieri' inquit 'libelle munus? Festina tibi vindicem parare ... Faustini fugis in sinum? sapisti ... Illo vindice nec Probum timeto', nec vivum tunc fuisse Probum necessarium est et Berytius tam recte et apposite a poeta appellari potuit quam Aristarchus ab Horatio in arte 450

Vir bonus et prudens versus reprendet inertes,
Culpabit duros, incomptis adlinet atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recidet
Ornamenta, parum claris lucem dare coget,
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus.

Sed relictis veterum grammaticorum scholis, de quibus multiplex nec iniucunda disserendi copia suppetit, ad scholas nostras veniendum est, quas infra enumeratas ubertate et varietate consueta insignes edicimus. Ex iis igitur, Commilitones carissimi, eligite, quas vestris ingeniis vestrisque studiis maxime accommodatas ac fructuosas esse arbitramini et hoc agite, ut ne instabili consilio vagantes degustare ex multis quam in pauca vos ingurgitare, ut ait Ennius, malitis.

Scr. Berolini m. Aprili MDCCCLXXVII.

LECTIONES.

I. ORDINIS THEOLOGICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

A. Dillmann, Dr.
- I. Publice de antiquitatibus sacris veterum Hebraeorum disseret d. Sat. h. IX-XI.
- II. Privatim 1) introductionem in Veteris Testamenti libros canonicos et apocryphos tradet quinquies p. hebd. h. IX-X; 2) Psalmos interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI.

I. A. Dorner, Dr.
- I. Privatim dogmatices christianae partem priorem seu apologeticen excepto d. Merc. quotidie h. XII-I, d. Sat. h. XI-I tradet.
- II. Privatissime et gratis societatem theologicam sueto more d. Iov. h. VII-IX vesp. moderabitur.

H. G. P. Kleinert, Dr.
- I. Publice librum Coheleth interpretabitur d. Sat. h. XI-I.
- II. Privatim theologiae practicae partem alteram (homileticam, catecheticam, poemenicam) quater per hebd. tradet h. VIII-IX.

O. Pfleiderer, Dr.
- I. Publice historiam theologiae et philosophiae moralis enarrabit d. Sat. h. IV-VI.
- II. Privatim systema theologiae moralis tradet quinquies p. hebd. h. XI-XII.

C. Semisch, Dr.

Privatim 1) historiae ecclesiasticae tertiam partem inde a sacris emendatis sexies per hebd. h. IX-X tradet; 2) historiam dogmatum christianorum sexies p. hebd. h. X-XI exhibebit.

F. L. Steinmeyer, Dr.

I. Publice institutiones homileticas ad praxin pertinentes d. Lun. h. IV-VI exhibebit.

II. Privatim 1) systema theologiae practicae quinquies, sub finem sexies, h. III-IV docebit; 2) pericopas ecclesiasticas exegetice et homiletice hor. def. tractabit.

B. Weiss, Dr.

I. Publice epistolam Pauli ad Galatas datam interpretabitur semel p. hebd. d. Mart. h. XI-I.

II. Privatim 1) vitam Jesu Christi enarrabit quinquies p. hebd. (exc. d. Mart.) h. XI-XII; 2) epistolam Pauli ad Romanos datam interpretabitur quinquies p. hebd. (exc. d. Mart.) h. XII-I.

B. Brueckner, Dr., Prof. honorarius.

Scholas postmodum indicabit.

H. de Goltz, Dr., Prof. honorarius.

Privatim theologiam moralem quater p. hebd. h. VIII-IX tradet.

2. *Professorum extraordinariorum.*

F. Benary, Dr.

I. Publice mediam Jesaiae libri prophetici partem (cap. XIII-XXXIX) d. Sat. h. X-XII interpretabitur.

II. Privatim primam atque ultimam Jesaiae libri prophetici partem quinquies p. hebd. h. X-XI explicabit.

H. Messner, Dr.

I. Publice christologiam Novi Testamenti tradet d. Sat. h. XI-I.

II. Privatim epistolas Pauli ad Corinthios datas explicabit quinquies p. hebd. h. XII-I.

F. Piper, Dr.

I. Publice criticen et hermeneuticen archaeologicam praesertim monumentorum antiquitatis christianae ratione habita docebit d. Ven. h. XII-I.

II. Privatim historiae ecclesiasticae partem alteram tradet quinquies p. hebd. h. XI-XII.

III. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas et patristicas in museo christiano moderari perget in iisque locos dogmaticos e monumentis illustrabit d. Lun. et Iov. h. XII-I.

I. C. W. Vatke, Lic.

I. Publice de religionis natura disseret d. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim introductionem in libros Veteris Testamenti tradet quinquies p. hebd. h. XI-XII.

3. *Privatim docentium.*

S. Lommatzsch, Lic.

I. Gratis de Lutheri scriptis et theologia d. Merc. h. defin. disseret.

II. Privatim dogmatices christianae partem specialem et ecclesiasticam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X docebit.

III. Privatissime et gratis exercitationes ad theologiam systematicam imprimis philosophicam pertinentes hor. vesp. def. moderari perget.

G. Nowack, Lic.

I. Gratis partes Pentateuchi quasdam, quae a Mose originem ducunt, interpretabitur d. Merc. h. XI-XII.

II. Privatim duodecim prophetas parvos quinquies p. hebd. h. X-XI interpretabitur.

C. H. Chr. Plath, Lic.

In Indiam profectus lectiones non habebit.

II. ORDINIS IVRIDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

A. F. Berner, Dr.

I. Publice ius preli ad librum suum „Lehrbuch des Deutschen Prefsrechtes, Leipzig 1876“ d. Sat. h. XII-I exponet.

II. Privatim 1) ius naturae seu philosophiam iuris cum fundamentis disciplinarum politicarum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius criminale dialogice ad librum suum „Lehrbuch des Deutschen Strafrechts, 9. Auflage, Leipzig 1877“ d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 3) processum criminalem d. Merc. h. XI-I, d. Sat. h. XI-XII docebit.

G. Beseler, Dr.

I. Privatim ius Germanicum privatum excepto iure commerciorum, cambiali et maritimo d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-XI docebit.

II. Privatissime et gratis exercitationes iuris Germanici (interpret. spec. Saxonici) d. Iov. h. V-VII instituet.

H. Brvnner, Dr.

I. Privatim historiam imperii et iuris Germanici d. Merc. Sat. h. XI-I tradet.

II. Privatissime et gratis exercitationes iuris Germanici in seminario iuridico d. Lun. h. V-VII instituet.

C. G. Brvns, Dr.

I. Privatim docebit 1) ius pandectarum quotidie h. IX-XI; 2) ius hereditarium Romanum d. Lun. Merc. Ven. h. I-II.

II. Privatissime et gratis exercitationes in seminarii iuridici sectione Romana moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

H. Dernbvrg, Dr.

I. Publice ius hereditarium Borussicum d. Merc. h. VI-VII docebit.
II. Privatim docebit 1) institutiones iuris Romani d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) historiam et antiquitates iuris Romani iisdem diebus h. X-XI; 3) ius commune Borussicum d. Merc. et Ven. h. IV-VI; 4) exercitationes practicas iuris civilis instituet d. Lun. h. V-VII.

H. R. H. F. Gneist, Dr.

I. Publice de administrationis publicae reformatione in Borussia aget d. Sat. h. IV-V.
II. Privatim 1) ius publicum Germaniae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius publicum Borussiae d. Merc. et Sat. h. IX-XI; 3) processum civilem d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

L. Goldschmidt, Dr.

I. Publice de consociationibus, quae „Actienvereine“ dicuntur, disseret d. Ven. h. VI-VII.
II. Privatim ius commerciorum nec non ius cambiale, maritimum et assecurationum docebit quotidie h. XII-I.

A. G. Heffter, Dr.

I. Publice instituti consularis moderni indolem ex iure gentium et imperii Germanici explicabit d. Sat. h. XII-I.
II. Privatissime et gratis introductionem in praxin iudiciariam dabit d. Sat. h. XI-XII adiectis exercitationibus.

F. C. P. Hinschivs, Dr.

I. Privatim 1) processum civilem secundum leges iudiciarias imperii Germanici ratione habita processus communis et Borussici d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 3) ius ecclesiasticum catholicorum et protestantium d. Merc. et Sat. h. XI-I docebit.
II. Privatissime et gratis 1) exercitationes iuris ecclesiastici d. Ven. h. VI-VII; 2) exercitationes canonicas in seminario iuridico hor. defin. moderabitur.

L. C. Ægidi, Dr., Prof. honorarius.

I. Publice de pace Guestfalica d. Sat. h. VI-VII disseret.
II. Privatim encyclopaediam et methodologiam iuris d. Merc. et Sat. h. IX-XI docebit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

I. Baron, Dr.

I. Publice practicum iuris civilis, duce libro Iheringiano, cui inscribitur „Civilrechtsfälle“, d. Sat. h. XII-I habebit.
II. Privatim docebit 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Merc. h. XI-I; d. Sat. h. XI-XII; 2) ius pandectarum quotidie h. IX-XI.

L. de Cvny, Dr.

Publice principia novi processus civilis Germanici d. Merc. h. VI-VII tradet.

O. Dambach, Dr.

I. Publice constitutionem imperii Germanici interpretabitur d. Mart. h. VI-VII.
II. Privatim ius gentium docebit d. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

G. Lewis, Dr.

I. Publice speculum Saxonicum interpretabitur d. Sat. h. IV-V.
II. Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Merc. h. IV-VI et d. Sat. h. V-VI; 2) historiam imperii et iuris Germanici d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI; 3) ius ecclesiasticum cum iure matrimoniali d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V docebit.

E. T. Rvbo, Dr.

I. Publice iuris criminalis atque processus criminalis exercitationes practicas moderabitur d. Mart. h. V-VI.
II. Privatim ius criminale, iure criminali Germanico militari incluso, docebit d. Lun. et Iov. h. IV-VI; 2) processum criminalem d. Mart. h. IV-V, Ven. h. IV-VI; 3) ius gentium d. Lun. Mart. Ven. h. IX-X.

3. *Privatim docentium.*

A. Franken, Dr.

I. Gratis de iure tutelae Borussico secundum legem anni 1875 disseret d. Iov. h. V-VI.
II. Privatim 1) encyclopaediam iuridicam tradet d. Lun. h. IV-VI, Iov. h. IV-V; 2) processum civilem ex novissimis imperii Germanici legibus exponet d. Mart. Ven. h. IV-VI; 3) ius civile Franco-Gallicum docebit d. Merc. Sat. h. IV-VI.
III. Privatissime repetitoria et examinatoria de iuris Romani, Germanici, Gallici disciplinis offert.

R. Ryck, Dr.

Privatim ius hereditarium Romanum tradet d. Mart. h. IV-VI, Ven. h. V-VI.

F. E. M. Schmidt, Dr.

I. Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII docebit; 2) pandectarum et antiquitatum iuris Romani repetitorium interspersis exercitationibus exegeticis ter p. hebd. d. Lun. Merc. Sat. h. IV-VI moderabitur.
II. Privatissima, sicuti ceterarum iuris partium, ita publici et gentium iuris, nec non recentioris, ratione iuris publici et gentium habita, historiae repetitoria et examinatoria, sive vernaculo sive Latino sive Franco-Gallico usurus sermone, petentibus offert.

III. ORDINIS MEDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

H. A. Bardeleben, Dr.

I. Publice de vulneribus disseret d. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim 1) chirurgiam demonstrationibus illustratam docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) clinicen chirurgicam in nosocomio Caritatis moderabitur sexies p. hebd. h. IX½-XI.

Æ. du Bois-Reymond, Dr.

I. Publice anthropologiam physicam docebit d. Lun. h. VI-VII.
II. Privatim alteram physiologiae partem experimentis illustrabit d. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. IX-X.
III. Privatissime exercitationes physiologicas in laboratorio physiologico moderabitur.

F. Th. Frerichs, Dr.

Privatim 1) pathologiam et therapiam specialem tradet ter p. hebd. h. XII-I; 2) clinicen medicam in nosocomio Caritatis sexies p. hebd. h. XI-XII moderabitur.

A. Hirsch, Dr.

Privatim 1) historiam universalem artis medicae d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V; 2) pathologiam et therapiam specialem d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. V-VI docebit.

B. de Langenbeck, Dr.

Privatim 1) aciurgiae cum demonstrationibus chirurgicis et anatomicis coniunctae partem alteram docebit ter p. hebd. h. XII-I; 2) clinicen chirurgicam in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur sexies p. hebd. h. II-IV.

E. Leyden, Dr.

I. Publice de morbis cordis disseret semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim 1) clinicen propaedeuticam medicam in nosocomio Caritatis moderabitur sexies p. hebd. h. VIII-IX; 2) diagnosticen medicam docebit ter p. hebd. hor. def.

M. E. O. Liebreich, Dr.

I. Publice urinae chemiam cum experimentis exponet d. Lun. h. V-VI.
II. Privatim materiam medicam et artem formulas scribendi docebit cum experimentis d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V.
III. Privatissime exercitationes pharmacologicas in laboratorio instituti pharmacologici moderabitur quotidie h. IX-III.

C. B. Reichert, Dr.

I. Publice 1) histologiam theoreticam exponet d. Lun. h. IX-X; 2) anatomiam encephali et medullae spinalis docebit d. Iov. h. XII-I.

II. Privatim 1) anatomiam universam corporis humani exponet sexies p. hebd. h. I-II; 2) corporis humani texturam et structuram microscopicam demonstrabit dieb. et hor. def.; 3) exercitationes anatomicas moderabitur quotidie h. IX-XII et h. II-IV.

C. Schrœder, Dr.

I. Publice vitia pelvis muliebris semel p. hebd. h. V-VI exponet.
II. Privatim 1) clinicen obstetriciam et gynaecologicam sexies p. hebd. h. X-XI moderabitur; 2) tocologiam quater p. hebd. h. V-VI docebit.

C. Schweigger, Dr.

I. Privatim 1) clinicen et policlinicen ophthalmiatricam, clinicen in nosocomio Caritatis d. Lun. Merc. Ven. Sat. h. XII-I, policlinicen Marien-Str. 23 sexies h. I-II moderabitur; 2) de morbis intraocularibus d. Mart. et Iov. h. XII-I aget.

R. Virchow, Dr.

I. Privatim pathologiam et therapiam generalem anatomia pathologica generali adiuncta tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. I-II.
II. Privatissime instituet 1) cursum anatomes et microscopiae pathologicae demonstrationibus illustratae nec non artis cadavera morbosa rite secandi d. Lun. Merc. Sat. h. VIII-X mat.; 2) cursum histologiae pathologicae practicum d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-X mat.

C. Westphal, Dr.

I. Publice morbos medullae spinalis docebit semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim clinicen morborum systematis nervosi et animi in nosocomio Caritatis moderabitur d. Lun. Merc. Ven. h. V½-VII.

2. *Professorum extraordinariorum.*

E. Albrecht, Dr.

Privatim 1) morbos dentium et oris explicabit d. Lun. Iov. Sat. h. VI-VII; 2) policlinicen odontiatricam moderabitur quotidie h. II-III.

F. Busch, Dr.

I. Publice de morbis externis organorum genitalium et uropoeticorum d. Sat. h. II-III disseret.
II. Privatim anatomiam chirurgicam demonstrationibus adiunctis d. Lun. Iov. Sat. h. XII-I docebit.

O. Fræntzel, Dr.

I. Publice de morbis pulmonum demonstrationibus adiunctis d. Lun. et Iov. h. XI-XII disseret.
II. Privatim auscultationis, percussionis ceterarumque explorandi methodorum artem exercitationibus adiunctis exponet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XII-I.
III. Privatissime cursum laryngoscopicum offert d. Mart. et Ven. h. VIII-IX.

G. Fritsch, Dr.

I. Publice de generis humani varietate disseret d. Sat. h. X-XI.
II. Privatim anatomiam comparatam tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. X-XI.
III. Privatissime exercitationes zootomicas instituet hor. def.

E. Gvrlt, Dr.

I. Privatim de ossium fracturis et luxationibus iunctis demonstrationibus d. Merc. et Sat. h. IV-V disseret.

II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum in cadavere instituendarum sexies p. hebd. h. IX-XI offert.

R. Hartmann, Dr.

I. Publice 1) syndesmologiam hominis d. Ven. h. IX-X; 2) anatomen organorum sensuum d. Ven. h. III-IV docebit.

II. Privatim osteologiam humanam d. Sat. h. IX-X tradet.

E. Henoch, Dr.

Privatim clinicen et policlinicen morborum infantium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I, policlinicen quotidie ab h. I, in nosocomio Caritatis moderabitur.

H. Iacobson, Dr.

I. Publice de morbis pulmonum et cordis demonstrationibus adiunctis d. Merc. Sat. h. IV-V disseret.

II. Privatissime exercitationes pathologicas hor. postea def. moderabitur.

H. Kronecker, Dr.

I. Publice circulationem sanguinis imprimis pulsus ratione habita bis p. h. hor. def. exponet.

II. Privatim methodos physiologiae experimentalis, adiunctis exercitationibus in usu apparatuum medicorum, semel p. h. hor. pomer. def. tradet.

III. Privatissime cursum vivisectionum in usum physiologia iam eruditiorum instituet semel p. h. hor. pomer. def.

G. Lewin, Dr.

I. Publice 1) policlinicen morborum cutis et syphiliticorum d. Mart. et Ven. h. I-II moderabitur; 2) pathologiam et therapiam morborum cutis et syphiliticorum hor. def. tradet.

II. Privatim clinicen morborum cutis et syphiliticorum d. Lun. h. I-II, d. Merc. Sat. h. XII-I moderabitur.

C. Liman, Dr.

Privatim 1) medicinam forensem in usum iuris studiosorum adiunctis demonstrationibus docebit d. Mart. et Iov. h. X-XI; 2) medicinam forensem in usum medicinae studiosorum d. Lun. et Ven. h. XII$\frac{1}{2}$-I$\frac{1}{4}$; 3) cursum demonstrativum obductionum medico-legalium in instituto Regio medico-forensi instituet h. I-III; 4) cursum practicum forensem nec non exercitationes cadavera legaliter secandi ibidem h. I-III.

A. Lvcæ, Dr.

Privatim 1) policlinicen otiatricam d. Mart. et Ven. h. X-XI in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur; 2) cursum otiatrices iunctis operationibus demonstrativum hor. def. offert.

I. Meyer, Dr.

I. Publice de arte aegrotos examinandi disseret adiectis colloquiis de selectis pathologiae et therapiae capitibus d. Sat. h. I-II.

II. Privatim exercitationes clinicas in instituto policlinico universitatis d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. I-II moderabitur.

H. Mvnk, Dr.

I. Publice colloquia moderabitur physiologica d. Mart. h. VI-VIII.

II. Privatim alteram physiologiae experimentalis partem (musculorum, nervorum, sensuum, generationis physiologiam) docebit quinquies p. hebd. h. IX-X.

E. Salkowski, Dr.

I. Publice de processibus fermentativis disseret una cum doctrina digestionis semel per hebd. h. defin.

II. Privatim capita selecta chemiae physiologicae et pathologicae experimentis adiunctis tradet bis per hebd. hor. defin.

III. Privatissime exercitationes practicas in laboratorio chemico instituti pathologici moderabitur quotidie h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

H. Senator, Dr.

I. Publice de morbis infantium disseret d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim semioticen et diagnosticen medicam tam physicalem quam chemicam iunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis docebit quotidie h. XI-I.

C. Skrzeczka, Dr.

Privatim hygieinen publicam et politiam medicam d. Mart. h. VI-VII, d. Sat. h. V-VII tradet.

L. Waldenbvrg, Dr.

Privatim 1) de percussione, auscultatione ceterisque explorandi methodis cursum practicum d. Mart. Ven. Sat. h. VI-VII habebit; 2) laryngoscopiam cursu practico d. Merc. h. VI-VII docebit.

3. *Privatim docentium.*

A. Adamkiewicz, Dr.

Privatim 1) de electricitate in usum medicorum disseret semel p. hebd. h. def.; 2) nervorum functiones casibus pathologicis illustrabit bis p. hebd. h. def.

I. Bergson, Dr.

Privatim 1) doctrinam formulas medicas rite concinnandi generalem et specialem d. Lun. Iov. h. V-VI; 2) pathologiam et therapiam specialem sexies p. hebd. h. VI-VII docebit.

M. Bernhardt, Dr.

I. Gratis 1) cursum electrotherapiae cum demonstrationibus semel p. hebd. h. def. habebit; 2) de morbis encephali et medullae spinalis disseret semel p. hebd. hor. def.

II. Privatissime cursum electrotherapiae cum demonstrationibus offert bis p. hebd. hor. def.

H. Bose, Dr.

I. Privatim de ossium fracturis et luxationibus disseret ter p. hebd.

II. Privatissime cursum fasciarum ligandarum offert hor. defin.

M. Bvrchardt, Dr.

I. Gratis de hygieine d. Iov. h. V-VI aget.

II. Privatim de morbis cutis adiunctis demonstrationibus microscopicis d. Merc. et Ven. h. V-VI disseret.

H. Cvrschmann, Dr.

I. Gratis 1) de valetudinariis et de historia curae custodiaeque aegrotorum d. Lun. h. VI-VII; 2) de entozois hominis et morbis per eos excitatis demonstrationibus adiunctis d. Merc. h. VI-VII disseret.

II. Privatim semioticen morborum organorum respirationis et circulationis demonstrationibus adiunctis docebit d. Mart. Ven. h. VI-VII.

C. A. Ewald, Dr.

I. Gratis de physiologia et pathologia digestionis experimentis adiunctis d. Ven. et Mart. h. X-XI aut hor. comm. def. disseret.

II. Privatissime et gratis colloquia de pathologiae capitibus selectis moderabitur d. Ven. h. VI-VIII vesp.

F. Falk, Dr.

I. Gratis 1) de mortis violentae modis d. Mart. h. VI-VII disseret; 2) de encyclopaedia et methodologia medicinae d. Lun. h. IX-X.

II. Privatim historiam medicinae usque ad initium saeculi XIX ter p. hebd. hor. def. exponet.

H. Fasbender, Dr.

I. Gratis de ovariorum morbis disseret d. Merc. Iov. h. XII-I.

II. Privatim artem obstetriciam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V tradet.

III. Privatissime cursum operationum obstetriciarum cum exercitationibus ad machinam instituendis d. Merc. et Sat. h. IV-V offert.

A. Frænkel, Dr.

I. Gratis de renum morbis cum exercitationibus practicis in semiotice tam chemica quam microscopica urinae d. Sat. h. VI-VII disseret.

II. Privatissime cursum diagnostices chemicae practicum bis p. hebd. hor. def. offert.

B. Frænkel, Dr.

I. Gratis laryngoscopiam et rhinoscopiam adiunctis demonstrationibus d. Iov. h. VI-VII docebit.

II. Privatim pathologiam et therapiam specialem quotidie h. VIII-IX mat. tradet.

III. Privatissime cursus laryngoscopiae et rhinoscopiae hor. def. offert.

P. Gveterbock, Dr.

I. Gratis 1) cursum systematicum diagnoseos chirurgicae demonstrationibus illustratae d. Sat. h. XII-I offert; 2) de morbis uropoetici et generationis apparatus cum demonstrationibus semel p. hebd. hor. def. disseret.

II. Privatissime repetitoria et aciurgica et chirurgica offert.

P. Gvttmann, Dr.

I. Gratis de morbis cordis adiunctis demonstrationibus semel p. hebd. hor. def. aget.

II. Privatim percussionem, auscultationem aliasque explorandi methodos adiunctis exercitationibus d. Lun. Merc. Ven. h. III-IV docebit.

A. Gvttstadt, Dr.

Gratis hygieinen publicam et statisticam medicinalem docebit cum excursionibus d. Lun. h. VI-VII.

I. Hirschberg, Dr.

I. Gratis opticen in usum medicorum accommodatam bis p. hebd. hor. def. tractabit.

II. Privatim 1) cursum ophthalmoscopii bis p. hebd. hor. def.; 2) cursum operationum ophthalmiatricarum bis p. hebd. hor. def. habebit.

S. Kristeller, Dr.

Gratis gynaecologiam tradet ter p. hebd. hor. def.

R. V. Krœnlein, Dr.

I. Gratis de herniis abdominalibus semel p. hebd. h. def. disseret.

II. Privatim de morbis infantium chirurgicis bis p. hebd. h. def. leget.

E. Kvester, Dr.

I. Gratis cursum diagnoseos chirurgicae bis p. hebd. d. Mart. et Sat. h. XI-I offert (in nosocomio imperatricis Augustae).

II. Privatim chirurgiam militarem ter p. hebd. d. Lun. Merc. Ven. h. IV-V docebit.

L. Landav, Dr.

I. Gratis de morbis puerperalibus bis p. hebd. disseret dieb. et hor. def.

II. Privatim 1) cursum operationum obstetriciarum una cum exercitationibus ad machinam instituendis ter p. hebd. dieb. et hor. def. habebit; 2) gynaecologiam docebit quater p. hebd. dieb. et hor. def.

A. de Laver, Dr.

Per hoc semestre lectiones non habebit.

M. Litten, Dr.

I. Gratis de morbis embolicis disseret semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim de morbis tractus alimentarii aget bis per hebd. hor. def.

H. Loehlein, Dr.

I. Gratis gynaecologiae capita selecta tractabit d. Merc. et Sat. hor. def.

II. Privatim artem obstetriciam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. hor. def.

A. Martin, Dr.

I. Gratis de operationibus gynaecologicis d. Lun. disseret h. IV-V.

II. Privatim artem obstetriciam docebit d. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

III. Privatissime cursus diagnoseos gynaecologicae cum exercitationibus d. Merc. et Sat. moderabitur h. XII-I.

L. Mayer, Dr.

I. Gratis 1) de febri puerperali d. Sat. h. V-VI; 2) de partium genitalium muliebrium tumoribus d. Merc. h. V-VI disseret.

II. Privatim gynaecologiam demonstrationibus adiunctis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI docebit.

E. Mendel, Dr.

I. Gratis 1) de imputabilitate cum demonstrationibus in usum tam medicinae quam iuris studiosorum d. Merc. h. VI-VII disseret; 2) anatomiam cerebri ad usum psychiatriae et psychiatriam theoreticam d. Lun. et Sat. h. VI-VII docebit.

II. Privatim cursum psychiatriae cum demonstrationibus atque exercitationibus d. Mart. et Ven. h. VI-VII instituet.

A. Mitscherlich, Dr.

Privatim chirurgiam generalem et specialem adiunctis demonstrationibus sexies p. hebd. h. X-XI tradet.

L. Perl, Dr.

I. Gratis balneologiam et balneotherapiam semel p. hebd. hor. def. docebit.

II. Privatim capita selecta pathologiae et therapiae specialis ter p. hebd. hor. def. tractabit.

F. Ravoth, Dr.

Gratis de nosocomia et nosocomiis d. Sat. h. V-VI disseret.

L. P. Riess, Dr.

Privatim 1) artem auscultationis, percussionis ceterarumque explorandi methodorum adiunctis exercitationibus bis p. hebd. h. V-VI docebit; 2) morbos qui dicuntur constitutionales adiunctis demonstrationibus bis p. hebd. h. V-VI tractabit.

G. Sander, Dr.

I. Gratis 1) psychiatriam docebit demonstrationibus illustratam d. Lun. Iov. h. VI-VII; 2) de imputabilitate nec non de facultate disponendi disseret semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim cursum instituet in dignoscendis et in foro arbitrandis animi morbis quater p. hebd. hor. def.

R. Schelske, Dr.

Gratis de vitiis oculi humani opticis d. Merc. Sat. h. XII-I.

I. Schiffer, Dr.

Gratis 1) capita selecta pathologiae et therapiae experimentalis bis per hebd. tradet; 2) de urinae secernendae pathologia iunctis demonstrationibus chemicis semel p. hebd. leget.

H. Schœler, Dr.

I. Gratis selecta capita ophthalmologiae cum demonstrationibus bis p. hebd. hor. def. tradet.

II. Privatim cursum ophthalmoscopicum bis p. hebd. hor. def. instituet.

III. Privatissime cursum operationum ophthalmiatricarum offert bis p. hebd. hor. def.

I. V. Schœller, Dr.

Lectiones non habebit.

O. Simon, Dr.

I. Gratis de morbis venereis (ratione diagnostices morborum cutis syphiliticorum et non syphiliticorum habita) adiunctis demonstrationibus d. Merc. et Sat. h. VIII-IX aget.

II. Privatim de morbis cutis adiunctis demonstrationibus etiam microscopicis d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX disseret.

E. Steinaver, Dr.

I. Gratis primam toxicologiae experimentalis partem d. Ven. h. III-IV tradet.

II. Privatim materiam medicam experimentis adiunctis artemque formulas medicas rite concinnandi d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. III-IV docebit.

III. Privatissime et gratis convulsiones experimentis illustrabit d. Ven. h. VI-VII.

A. Tobold, Dr.

I. Gratis laryngoscopiam docebit iunctis exercitationibus d. Mart. h. II-III.

II. Privatissime cursus laryngoscopiae offert.

F. Travtmann, Dr.

Privatim cursum otiatrices demonstrativum offert d. Merc. et Sat. h. III-IV.

F. E. Weber-Liel, Dr.

I. Gratis artem otiatricam iunctis exercitationibus operationum d. Sol. h. X-XII docebit.

II. Privatim cursum otiatrices cum exercitationibus operationum offert hor. def.

G. Wegner, Dr.

Privatim vulnerum pathologiam et therapiam d. Merc. et Sat. h. XII-I docebit.

A. Wernich, Dr.

Ex itinere redux scholas indicabit.

C. Wernicke, Dr.

I. Gratis anatomiam cerebri, qua adhibita morbi eius cognoscantur, docebit d. Iov. h. VI-VII.

II. Privatim de morbis cerebri aget d. Mart. et Ven. h. IV-V.

I. Wolff, Dr.

I. Gratis de morbis urethrae, vesicae urinariae, recti, cum demonstrationibus d. Iov. h. IV-V disseret.

II. Privatim artem fasciarum ligandarum cum exercitationibus d. Merc. et Sat. h. IV-V docebit.

M. Wolff, Dr.

Gratis de morbis organorum uropoeticorum et genitalium adiunctis demonstrationibus disseret die et hor. def.

G. Zvelzer, Dr.

Gratis selecta capita pathologiae specialis tradet semel per hebd.

IV. ORDINIS PHILOSOPHICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

H. E. Beyrich, Dr.

Privatim 1) palaeontologiam d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI; 2) geognosiam ratione praecipue habita formationum Neptuniarum d. Merc. et Sat. h. II-III docebit.

E. Cvrtivs, Dr.

I. Publice exercitationes archaeologicas moderari perget d. Merc. h. I-II.
II. Privatim 1) artium Graecarum et Romanarum historiam exponet adhibitis musei Regii monumentis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) historiam et topographiam urbis Athenarum d. Merc. et Sat. h. IX-X.

H. G. Dove, Dr.

Valetudine impeditus lectiones hoc semestri non habebit.

I. G. Droysen, Dr.

I. Publice exercitationes societatis historicae moderari perget d. Sat. h. VI-VIII.
II. Privatim 1) historiam Graecam quaternis p. h. lectionibus h. IV-V docebit; 2) historiam aevi nostri inde ab anno 1815 quinis p. h. lectionibus h. V-VI enarrabit.

G. Fœrster, Dr.

I. Publice de aberratione et parallaxi disseret d. Ven. h. I-II.
II. Privatim theoriam emetiendi dimensiones lineares nec non angulos et temporis intervalla docebit accedentibus demonstrationibus practicis d. Mart. Iov. Ven. h. II-III.

H. Grimm, Dr.

I. Publice Raphaelis vitam a Georgio Vasari conscriptam adhibitis exemplaribus explicabit d. Merc. h. I-II.
II. Privatim historiam artis et culturae Germanicae inde a primis initiis usque ad nostra tempora tradet quaternis p. hebd. dieb. h. I-II.

F. Harms, Dr.

I. Publice de philosophia inde a Kantio disseret d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim 1) logicam et metaphysicam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) systema philosophiae universae et inprimis naturalis iisdem diebus h. XII-I tradet.

H. Helmholtz, Dr.

I. Privatim 1) physices experimentalis partem priorem i. e. physicen corporum ponderabilium, caloris et soni d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XII-I exponet; 2) physices theoreticae elementa iisdem dieb. h. I-II docebit.
II. Privatissime exercitationes practicas in laboratorio physico moderabitur quinquies h. X-III, d. Sat. h. X-I.

A. G. Hofmann, Dr.

I. Publice introductionem in chemiam analyticam d. Sat. h. IX-X tradet.
II. Privatim 1) chemiam experimentalem docebit d. Mart. Merc. Iov. h. IX-XI; 2) exercitationes chemicas in laboratorio universitatis moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

Æ. Hübner, Dr.

I. Privatim 1) historiam litterarum Romanarum enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) de Ciceronis orationibus libris philosophis epistulis disseret atque selecta scriptorum eorum capita explicabit d. Lun. Mart. Iov. h. I-II.
II. Privatissime et gratis exercitationes societatis philologicae moderabitur d. Ven. h. VII-IX vesp.

V. Iagić, Dr.

I. Publice de linguae Polonicae vocibus peregrinis disseret d. Merc. Sat. h. XII-I.
II. Privatim grammaticam linguae Palaeoslovenicae comparatae cum lingua Litvanica docebit d. Merc. Iov. Ven. Sat. h. I-II.
III. Privatissime et gratis scholas Slavicas habebit.

H. Kiepert, Dr.

I. Publice chorographiam Palaestinae exponet d. Merc. h. VIII-IX.
II. Privatim geographiam Europae docebit quinquies p. hebd. (excepto die Sat.) h. IX-X.

A. Kirchhoff, Dr.

I. Privatim 1) Graecorum antiquitates publicas docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) Demosthenis orationem de corona interpretabitur iisdem dieb. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis exercitationes epigraphicas instituet d. Sat. h. VI-VIII.

G. Kirchhoff, Dr.

Privatim opticam mathematicam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

E. E. Kvmmer, Dr.

Privatim mechanicam analyticam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

R. Lepsivs, Dr.

I. Publice 1) historiam Aegyptiorum tradet d. Iov. h. II-III; 2) monumenta Aegyptia selecta explicabit d. Ven. h. I-II.
II. Privatissime grammaticam hieroglyphicam docebit d. Lun. Mart. Merc. h. I-II.

Th. Mommsen, Dr.

I. Publice exercitationes ad res Romanas spectantes moderari perget d. Mart. h. VI-VIII.
II. Privatim res Romanas aetate imperatoria enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

C. Mvellenhoff, Dr.

I. Publice exercitationes societatis Theodiscae moderari perget d. Iov. h. V-VII.
II. Privatim 1) historiam poësis Theodiscae usque ad saeculum xiv enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Ven. h.V-VI; 2) Cornelii Taciti Germaniam explicabit iisdem dieb. h. VI-VII.

C. W. Nitzsch, Dr.

I. Publice exercitationes historicas d. Sat. h. XI-I moderari perget.
II. Privatim praecipuorum populorum, qui inde a Iudaeorum regno usque ad nostra tempora floruerunt, respublicas enarrabit quinquies p. hebd. h. XII-I.

W. Peters, Dr.

I. Privatim 1) zoologiam generalem et specialem iunctis demonstrationibus in museo Regio zoologico d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. II-III docebit; 2) entomologiam d. Lun. h. VIII-X tradet; 3) zootomiam vel anatomiam comparatam hor. def. docebit.
II. Privatissime exercitationes zoologico-zootomicas d. Mart. et Ven. h. VIII-X una cum E. de Martens moderabitur.

C. Rammelsberg, Dr.

I. Publice de mineralium indole chemica disseret d. Merc. h. IV-VI.
II. Privatim chemiae anorganicae partem priorem tradet d. Mart. Merc. Iov. h. X-XII.

E. Sachav, Dr.

I. Publice 1) exercitationes palaeographicas in legendis atque explicandis libris Arabicis manuscriptis moderabitur d. Merc. h. V-VII; 2) grammaticam linguae Turcicae docebit d. Iov. Ven. h. VI-VII.
II. Privatim 1) selecta capita iuris Muslimici interpretabitur d. Lun. Mart. h. V-VI; 2) Baidavianum Corani commentarium interpretabitur d. Iov. Ven. h. V-VI; 3) poëmata Hâfiziana interpretabitur d. Lun. Mart. h. VI-VII.

I. Schmidt, Dr.

I. Publice Lassenii anthologiam Sanscriticam interpretabitur d. Mart. Ven. h. I-II.
II. Privatim grammaticam comparatam linguae Goticae docebit et novi testamenti versionem Goticam interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

E. Schrader, Dr.

I. Publice de inscriptionibus cuneatis biblia sacra illustrantibus disseret d. Lun. Iov. h. III-IV.
II. Privatim scripturam linguamque Assyriacam docebit nec non inscriptiones cuneatas in museo Regio asservatas explicabit d. Mart. Merc. Ven. h. III-IV.
III. Privatissime et gratis grammaticam linguae Chaldaicae docebit et librorum Danielis et Ezrae partes sermone Aramaico confectas interpretabitur d. Mart. Ven. h. IV-V.

A. Tobler, Dr.

I. Privatim 1) syntaxin linguae Francogallicae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) de Dantis Aligherii vita et operibus disseret eiusque Comoediam interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis in seminario Romanensi carmina quaedam Provincialia sodalibus interpretanda proponet d. Merc. h. V-VII.

H. de Treitschke, Dr.

I. Publice philosophorum de re publica sententias exponet d. Merc. Ven. h. VI-VII.
II. Privatim 1) saeculi xvi historiam enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) de arte politica disseret d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI.

I. Vahlen, Dr.

I. Privatim 1) Sophoclis Electram interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) Horatii epistolas explicabit iisdem diebus h. XI-XII.
II. Privatissime et gratis exercitationes philologicas instituet d. Merc. h. V-VII.

A. Wagner, Dr.

I. Publice de dominio et de doctrina oeconomica, quam „Socialismus“ vocant, disseret d. Iov. h. VI-VII.
II. Privatim 1) oeconomiam nationalem ratione habita rei nummariae et mensarum publicarum d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V; 2) systema redituum publicorum tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V-VI.
III. Privatissime et gratis exercitationes oeconomico-politicas moderari perget diebus et hor. postea def.

W. Wattenbach, Dr.

I. Publice palaeographiam Graecam tradet d. Merc. h. II-IV.
II. Privatim historiam medii aevi quod vocant adumbrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III-IV.

A. Weber, Dr.

I. Publice Kâlidâsae Çâkuntalam interpretabitur d. Merc. Sat. h. II-III.
II. Privatim 1) grammaticam Sanscritam tradet d. Mart. Iov. Ven. h. II-III; 2) hymnos Rigvedae explicabit iisdem diebus h. III-IV; 3) linguam Pâlicam aut Zendicam docebit d. Merc. Sat. h. III-IV.
III. Privatissime scholas offert Sanscritas Pâlicas Zendicas.

M. Websky, Dr.

I. Publice de arte lithurgica disseret d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim mineralogiam docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.

C. Weierstrass, Dr.

Privatim theoriam functionum Abelianarum tradet d. Lun. Mart. Ven. h. XI-I.

E. Zeller, Dr.

I. Publice Metaphysicorum Aristotelis libros ix et xii interpretandos proponet d. Mart. et Iov. h. X-XI.
II. Privatim 1) historiam philosophiae universalem enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) psychologiam tradet d. Lun. et Ven. h. X-XI, d. Sat. h. X-XII.

I. Zvpitza, Dr.

I. Publice Georgii domini Byron carmina selecta interpretabitur d. Mart. Iov. h. XI-XII.

II. Privatim historia litterarum Anglicarum veterum adumbrata Cynewulfi Helenam interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. X-XI.
III. Privatissime et gratis Shaksperii fabulam aliquam seminarii Anglici sodalibus explicandam proponet d. Lun. Merc. h. XI-XII.

M. Lazarus, Dr. Prof. honorarius.
I. Publice conversatorium et disputatorium instituet d. Mart. h. V-VI.
II. Privatim psychologiam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

2. *Academiae scientiarum Regiae sodalium.*

C. W. Borchardt, Dr.
Privatim de determinantibus atque eorum applicatione disseret d. Merc. Sat. h. IX-XI.

L. Kronecker, Dr.
Privatim de usu analyseos infinitorum in arithmetica sublimiori aget d. Merc. Iov. Sat. h. XI-I.

G. Waitz, Dr.
Privatissime et gratis exercitationes historicas instituet d. Ven. h. VI-VIII.

3. *Professorum extraordinariorum.*

C. H. Althaus, Dr.
I. Publice introductionem universalem in philosophiam historiae tradet d. Merc. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim logicen et doctrinam cognoscendi d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.

P. F. A. Ascherson, Dr.
I. Publice plantarum geographiam regionum extraeuropaearum exponet d. Merc. Sat. h. VI-VII vesp.
II. Privatim familias plantarum exoticis inprimis consideratis tractabit d. Lun. Merc. Sat. h. IX-X.

A. Bastian, Dr.
Privatim ethnologiam generalem tradet d. Mart. Ven. h. IV-V.

H. Bellermann, Dr.
I. Publice historiam musices aevi medii inde ab initio doctrinae Christianae usque ad Franconem de Colonia (saec. XIII) enarrabit d. Mart. Ven. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis in arte contrapuncti exercitationes instituet sequens librum suum „Der Contrapunkt, 2. Aufl., Berlin 1877“ hor. def.

H. Berendt, Dr.
Lectiones non habebit.

H. Bresslau, Dr.
I. Privatim 1) historiam litterarum medii aevi universalem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) de legibus et statu Germaniae inde ab Aurea Bulla usque ad finem veteris imperii disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.
II. Privatissime et gratis exercitationes historico-diplomaticas moderari perget hor. def.

H. Bruns, Dr.
I. Publice de geometriae fundamentis disseret semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim 1) calculum differentialem atque introductionem in analysim tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven h. V-VI; 2) theoriam functionis potentialis tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

F. Dieterici, Dr.
I. Publice 1) grammaticam Arabicam docebit d. Lun. Iov. h. III-IV; 2) de doctrina Maimonidis disseret et capita selecta e libro „More Nebukini“ explicanda proponet d. Mart. h. III-IV; 3) carmina Arabica Muallakat nominata interpretabitur d. Merc. h. III-IV.
II. Privatissima offert Arabica Persica Turcica.

A. Garcke, Dr.
I. Publice de resinis officinalibus d. Merc. h. IV-V disseret.
II. Privatim pharmacognosiam docebit d. Lun. Ven. h. IX-XI.

C. E. Geppert, Dr.
Valetudine impeditus lectiones non habebit.

F. Th. Haarbrucker, Dr.
I. Publice 1) linguae Syriacae elementa tradet d. Lun. Iov. h. V-VI; 2) Coranum interpretari perget d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim grammaticam linguae Arabicae docebit d. Lun. Merc. Iov. h. IV-V.

L. Kny, Dr.
I. Publice exercitationes microscopicas instituet d. Mart. Ven. h. XI-I.
II. Privatim plantarum anatomiam et evolutionis historiam demonstrationibus microscopicis illustratas docebit d. Mart. Iov. Sat. h. VIII-IX.
III. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio phyto-physiologico moderabitur sexies per hebd. h. IX-I.

C. Koch, Dr.
I. Publice dendrologiae capita quaedam i. e. familias arborum et fruticum naturales tractabit d. Mart. h. VI-VII½.
II. Privatim 1) botanicen oeconomicam docebit d. Lun. Iov. h. V-VII; 2) botanicen systematicam docebit, regni vegetabilis conspectum proponens et plantas praesertim usui medico, oeconomico et technico inservientes demonstrans d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII.

E. de Martens, Dr.
I. Publice de historia zoologiae aget semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim de animalibus evertebratis inarticulatis disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

A. Meitzen, Dr.

I. Publice instituet demonstrationes et exercitationes statisticas dieb. et hor. vespert. def.

II. Privatim oeconomiae nationalis partes, quae ad rei agrariae, artium et commercii historiam et politiam pertinent, docebit d. Merc. Sat. h. V-VII.

C. L. Michelet, Dr.

Privatissima de qualibet philosophiae disciplina offert.

F. H. Mveller, Dr.

I. Publice de ethnographia ac statistica Americae disseret d. Merc. h. IV-V et Sat. h. V-VI.

II. Privatim geographiam atque ethnographiam Europae tradet quater p. hebd. h. IV-V.

F. G. A. Mvllach, Dr.

I. Publice Demosthenis orationes Olynthiacas latine interpretabitur d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim Q. Horatii Flacci epistolas explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

A. E. B. Orth, Dr.

I. Publice introductionem in studium rei rusticae h. e. encyclopaediam, methodologiam et historiam rei rusticae tradet d. Lun. h. IX-X.

II. Privatim 1) agriculturam generalem (allgemeine Ackerbaulehre) d. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) oeconomiam generalem (landwirthschaftliche Betriebslehre) d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.

III. Privatissime exercitationes instituet d. Mart. et Iov. h. II-IV.

F. Prætorivs, Dr.

I. Publice 1) Hamasae carmina interpretabitur d. Merc. h. XI-XII; 2) textus Aethiopicos interpretabitur d. Mart. h. XI-XII; 3) grammaticam linguae Syriacae docebit d. Ven. h. XI-XII.

II. Privatim grammaticam linguae Arabicae docebit d. Mart. Merc. Ven. h. X-XI.

I. Roth, Dr.

Privatim geologiam generalem et chemicam tradet d. Mart. Merc. Ven. h. I-II.

E. R. Schneider, Dr.

I. Publice de bismutho disseret semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim methodos pondera atomica constituendi explicabit bis p. hebd. hor. def.

G. Schott, Dr.

I. Publice de monumentis ingenii populorum Fennico-Ugricae stirpis aget bis p. hebd. dieb. et hor. def.

II. Privatim linguam Sinicam secundum grammaticam suam docebit d. Mart. Merc. Ven. h. V-VI.

III. Privatissimas scholas offert Turcicas, Mongolicas, Fennicas.

E. Sell, Dr.

I. Publice historiam chemiae enarrabit d. Lun. h. IV-VI.

II. Privatim 1) chemiam organicam experimentis et colloquiis coniunctis sexies docebit h. XI-XII; 2) exercitationes chemicas in laboratorio suo moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V et d. Sat. h. IX-II.

F. L. Sonnenschein, Dr.

I. Publice 1) colloquia chemica habebit hor. def. 2) historiam chemiae docebit d. Merc. h. V-VI.

II. Privatim chemiam forensem tractabit d. Mart. Iov. h. V-VI.

III. Privatissime disquisitiones chemicas moderari perget quotidie h. VIII-XII et II-VI.

Ph. Spitta, Dr.

I. Publice de Carolo Maria de Weber iisque, qui eum secuti sunt, disputabit d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim de musicae instrumentalis ortu et incremento disseret d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. V-VI.

H. Steinthal, Dr.

I. Publice grammaticae historiam adumbrabit d. Mart. h. VI-VIII.

II. Privatim encyclopaediam et methodologiam philologiae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

F. Tietjen, Dr.

I. Publice 1) de orbitarum stellarum duplicium computatione disseret d. Merc. h. IX-X; 2) doctrinam et praxin methodice computandi exponet d. Mart. Ven. h. V-VII.

II. Privatim de astronomia physica disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

A. Wangerin, Dr.

I. Publice capita selecta geometriae analyticae tractabit semel per hebd. hor. def.

II. Privatim 1) de aequationibus differentialibus quae lineares partiales vocantur earumque applicatione ad physicen mathematicam disseret d. Lun. Iov. h. V-VII; 2) calculum integralem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

III. Privatissime et gratis exercitationes circa calculum integralem instituet semel p. hebd. hor. def.

C. Werder, Dr.

Publice de arte dramatica disseret d. Iov. h. VI-VII.

H. Wichelhavs, Dr.

Privatim exercitationes in laboratorio technologico universitatis quotidie instituet h. IX-V.

4. *Privatim docentium.*

H. Aron, Dr.

Gratis de variis legis fundamentalis electrodynamicae formis disseret semel p. hebd. hor. def.

A. Arzruni, Dr.

I. Gratis introductionem crystallographiae chemicae tradet semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim exercitationes mineralogicas moderabitur d. Sat. h. IX-XI.

I. Barth, Dr.

I. Gratis 1) libros apocryphos Syriacos explicabit d. Ven. h. XI-XII; 2) exercitationes ad grammaticam hebraicam spectantes instituet d. Mart. h. XI-XII; 3) poëmata Arabica explicabit bis p. hebd. hor. def.

II. Privatim syntaxin linguae Arabicae docebit et Coranum interpretabitur d. Mart. Ven. h. XII-I.

O. Brefeld, Dr.

Gratis 1) plantarum anatomiam et histologiam exercitationibus microscopicis instituendis docebit d. Lun. Iov. h. XII-II; 2) algarum historiam naturalem sexualitatis ratione imprimis habita docebit d. Mart. h. V-VI.

G. Dames, Dr.

I. Gratis exercitationes palaeontologicas instituet quater hor. def.

II. Privatim de vertebratis fossilibus disseret d. Lun. Iov. Sat. h. I-II.

I. Droysen, Dr.

I. Gratis de Romanorum re militari disseret d. Merc. Sat. h. X-XI.

II. Privatim historiographiam Graecam d. Mart. Iov. Ven. h. III-IV enarrabit.

B. Erdmann, Dr.

I. Gratis exercitationes philosophicas instituet hor. def. proposita Humii meditationum de mente humana lectione.

II. Privatim historiam theoriae cognitionis inde ab saeculo XVII tractabit d. Lun. Mart. Iov. h. IV-V.

L. Geiger, Dr.

I. Privatim 1) historiam litterarum Germanicarum aevi recentioris tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III-IV; 2) historiam litterarum universalem inde a saeculo XIV usque ad saeculum XVI enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad litterarum Germanicarum historiam spectantes moderari perget d. Sat. h. IX-XI.

P. Glan, Dr.

I. Gratis capita selecta theoriae elasticitatis exponet semel p. hebd. hor. def.

II. Privatim exercitationes practicas ad usum instrumentorum physicorum spectantes instituet d. Lun. et Sat. h. V-VIII.

I. P. O. Hassel, Dr.

I. Privatim historiam Borussiae inde ab anno 1740 usque ad annum 1815 quaternis p. hebd. lectionibus hor. def. tradet.

II. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderari perget.

R. Henning, Dr.

I. Gratis exercitationes Theodiscas (metricas praesertim) de Hartmanni carmine quod inscribitur „der arme Heinrich“ instituet bis p. hebd. hor. def.

II. Privatim linguae Norroenae grammaticam et historiam tradet et selecta quaedam eins monumenta interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. VI-VII.

R. Hoppe, Dr.

Privatim 1) calculum integralem explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. II-III; 2) geometriam analyticam docebit iisdem diebus h. III-IV.

M. Iordan, Dr.

Privatissime Titiani Vecellii vitam enarrabit ducibus Vasarii aliorumque scriptis bis p. hebd. hor. def.

A. Lasson, Dr.

I. Gratis historiam aestheticae inde a Platone usque ad nostra tempora tradet d. Merc. Sat. h. IV-V.

II. Privatim philosophiam iuris docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

C. Liebermann, Dr.

Privatim 1) chemiam organicam docere perget d. Mart. Ven. h. X-XII; 2) exercitationes chemicas in laboratorio organico academiae technicae (Kgl. Gewerbe-Akademie) moderabitur quotidie h. IX-V.

C. A. Lossen, Dr.

I. Gratis exercitationes petrographicas moderabitur d. Merc. h. XII-I.

II. Privatim petrographiam docebit d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. XI-XII.

F. A. Mærcker, Dr.

I. Gratis 1) Platonis libros de legibus interpretabitur d. Sat. h. XII-I; 2) rhetoricen docebit d. Merc. h. VI-VII; 3) exercitationes rhetoricas instituet d. Merc. h. VII-VIII.

II. Privatim Aristotelis metaphysica d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I interpretabitur.

P. Magnvs, Dr.

Privatim historiam naturalem fungorum docebit d. Merc. Sat. h. XI-XII.

F. Neesen, Dr.

Gratis de natura gasorum ratione praecipue habita observationum recentiorum semel p. hebd. hor. def. disseret.

F. Pavlsen, Dr.

I. Gratis 1) introductionem in philosophiam tradet d. Lun. Iov. h. V-VI; 2) exercitationes philosophicas moderabitur libro Kantiano qui inscribitur „Kritik der reinen Vernunft“ ad explicandum proposito d. Iov. h. VI-VIII.

II. Privatim paedagogicen docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

A. Pinner, Dr.

Privatim 1) chemiam anorganicam experimentis illustratam docebit d. Iov. Ven. Sat. h. V-VII; 2) pharmaciam organicam coniunctis experimentis d. Merc. h. V-VII et d. Sat. h. II-IV.

C. Robert, Dr.

I. Gratis Troianas fabulas cum ex poëseos tum ex artis Graecae reliquiis enarrabit d. Merc. Sat. h. XI-XII.

II. Privatim Alexandrinae aetatis litterarum artisque historiam tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

III. Privatissime et gratis exercitationes archaeologicas moderabitur binis hor. defin.

A. W. F. Schvltz, Dr.

I. Gratis de climatis Italiae salubritate disseret d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim 1) climatologiam medicam tradet d. Mart. Ven. h. V-VI; 2) capita selecta politices explicabit d. Mart. Ven. h. VI-VII.

G. Treu, Dr.

Munere publico impeditus lectiones hoc semestri non habebit.

L. Wittmack, Dr.

I. Gratis de alimentorum adulteratione disseret d. Sat. h. IV-VI.

II. Privatim botanicen technologicam docebit d. Mart. Ven. h. IV-V.

SCHOLAE LECTORIS STENOGRAPHIAE.

G. Michaelis, Dr.

I. Gratis 1) stenographiam Germanicam docebit accedentibus exercitationibus practicis d. Mart. et Ven. h. V-VI; 2) physiologiam linguae docebit d. Lun. h. V-VI.

II. Privatissima offert stenographica Germanica, Anglica, Italica, Gallica, Hispanica, Lusitana.

PVBLICA DOCTRINAE SVBSIDIA.

Bibliotheca Vniversitatis (Dorotheenstrasse Nr. 9) itemque bibliotheca regis iis, qui libros in quovis genere optimos evolvere volent, quotidie patebit.

Observatorium, hortus botanicus, apparatus herbarius, institutum plantarum physiologiae destinatum (Dorotheenstrasse Nr. 95|6), musea anatomicum, zootomicum, zoologicum, mineralogicum, instrumenta chirurgica, apparatus pharmacologicus, apparatus physicus, instituti regii chartographici copiae, apparatus archaeologicus, Vniversitatis museum Christianum, museum artibus dicatum, imagines gypseae variaque artium opera etc. cum ad lectiones adhibebuntur tum aditus ad haec dabitur suo loco petentibus.

Seminarii theologici exercitationes eas, quae ad Vetus Testamentum interpretandum pertinent, moderabitur Dillmann; eas, quae ad Novum Testamentum pertinent, Weiss; historicis, h. e. ad historiam ecclesiae et dogmatum christianorum pertinentibus, praeerit Semisch; seminarii practici theologici exercitationes homileticas moderabitur Kleinert, catecheticas Pfleiderer.

Seminarii iuridici exercitationibus praeerunt Brvns, Hinschivs, Brvnner.

Medicinae et chirurgiae studiosis exercitandis inservient theatrum anatomicum et laboratorium physiologicum, institutum pharmacologicum, institutum exercitationibus in medicina forensi destinatum, policlinica tria in nosocomio Vniversitatis (Ziegelstrasse Nr. 6), alterum medicum, alterum chirurgicum, tertium otiatricum, policlinicum ophthalmiatricum (Marienstrasse Nr. 23), clinicum Vniversitatis obstetricium (Dorotheenstrasse Nr. 5) cum policlinico obstetricio; item in nosocomio Caritatis clinica medica duo, chirurgicum, ophthalmiatricum, psychiatricum et neuropathologicum, obstetricium, gynaecologicum, syphiliticis et infantibus curandis destinata, institutum anatomiae et physiologiae pathologicae exercitationibus practicis destinatum: de quorum usu et rectoribus singillatim dictum suis locis est.

In seminario regio philologico Suetonii Vitam Terentii et Terentii Adelphos cum sodalibus tractabit Vahlen d. Merc. h. XI-I; disputationibus praeerit A. Kirchhoff d. Sat. h. X-XI; idem Lysiae orationes selectas sodalibus interpretandas proponet d. Sat. h. XI-I.

Seminarii Romanensis et Anglici exercitationibus praeerunt Tobler et Zvpitza.

Seminarii mathematici exercitationibus praeerunt Kvmmer et Weierstrass d. Merc. h. IV-VII.

Exercitationes musicae academicorum societatis moderabitur Bellermann d. Ven. h. VIII-X.

ARTIVM EXERCITATIO.

Artem arma tractandi docebit Nevmann, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Artem saltandi docebit Freising, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Equitandi modos docebit Hildebrandt, artis equestris magister in Vniversitate constitutus.

INDEX
LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

GVILELMI SECVNDI

IMPERATORIS GERMANICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA
FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A D. XVI M. OCTOBRIS A. MDCCCLXXXVIII
AD D. XV M. MARTII A. MDCCCLXXXIX

HABEBVNTVR.

BEROLINI
FORMIS ACADEMICIS
(G. VOGT).

VNIVERSITATIS LITTERARIAE

FRIDERICAE GVILELMAE

RECTOR ET SENATVS.

In praefatione lectionum academicarum a. MDCCCLXXXVII edita cum Alcmaeonis tragoediae Ennianae versus quosdam superstites interpretabamur, quosdam alios eiusdem tragoediae versus praetereundo adscripsimus, in quibus vocem unam culpa librarii depravatam aegre nos ferre fatebamur quod corrigere emendatione certa non licuit. Ab iisdem versibus, cum rursus aliquid docti commentarioli exarandum sit quod scholarum hibernarum enumerationi praemitti possit, initium disputandi facimus, si forte nunc contigerit quod tum denegatum erat ut sublata labe orationi perspicuitatem reddamus. Putamus autem Ennium et qui Ennii versibus usus est Ciceronem (de or. 3, 58, 218) hoc modo scripsisse.

multis sum modis circumventus morbo exilio atque inopia;
tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat:
ultor terribilem minatur vitae cruciatum et necem.
quae nemo est tam firmo ingenio et tanta confidentia
quin refugiat timido sanguen atque exalbescat metu
. . . . .

Reliqua plana videntur et recte tradita; ubi *ultor* legitur, apud Ciceronem in parte librorum exaratum est *alter*, quod apparet scribendi vitio ortum esse, idem in aliis praetermissum est, errore facili, inter syllabas extremas primasque verborum *ex-*

pectorat et *terribilem* interiectum. Ab *alter* igitur petendum erat quod illo loco poni posset; neque longe discessimus cum *ultor* ex *alter* efficiendum coniiceremus. Qua voce reposita sententia satis recte ad poetae et Alcmaeonis mentem perfici videtur. Etenim sunt scenae omnino duae huius tragoediae, de quibus aliquid cognosci potest, Ciceronis beneficio, quarum alteram in illo tum prooemio disceptavimus, quae Alcmaeonem furiis agitatum ostendit, altera et quidem prior est ex qua versus excerptos supra scripsimus. Quibus versibus Alcmaeo matre caesa patria pulsus et morbo affectus hospiti nescio cui res suas gestas 'iam diu' narrat et qui nunc sit status animi et corporis quo magis misericordiam moveat exponit. Qua in oratione cum dicat v. 2 *tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat*, eius pavoris causa quae fuerit exspectamus apertius declarari, cum praesertim ad eam sententiam versu quarto et quinto redeat et rationem concludat; idque ipsum quod desideratur ea versus forma praestat quam restituimus. Ultorem enim appellat eum quem ex caede materna utpote perpetrati facinoris sibi semper conscius non potest non cogitare, eum autem cum minari dicit terribilem vitae cruciatum ac necem, supplicium dicit quod sibi subeundum esse sentit. Pulchre enim poeta ad ultoris minas refert quas ille poenas extimescere non desinit*). Ab hac autem opinione animi quae metu supplicii Alcmaeonem excruciat secreta est insectatio furiarum, quae nunc cessat videlicet dum haec ille narrat de se; neque furiae insectantes satis apte minari necem aut vitae cruciatum dicantur; sed haud dissimilis huic quam statuimus Orestis condicio videtur, quam exponit ipse sciscitante Menelao in Euripidis cognomine tragoedia v. 395 sqq.

O. *ὅδ' εἰμὶ μητρὸς τῆς ταλαιπώρου φονεύς . . .*
M. *τί χρῆμα πάσχεις; τίς σ' ἀπόλλυσιν νόσος;*
O. *ἡ σύνεσις, ὅτι σύνοιδα δείν' εἰργασμένος.*
M. *πῶς φῄς; σοφόν τοι τὸ σαφές, οὐ τὸ μὴ σαφές.*
O. *λύπη μάλιστά γ' ἡ διαφθείρουσά με,*
M. *δεινὴ γὰρ ἡ θεός, ἀλλ' ὅμως ἰάσιμος.*
O. *μανίαι τε, μητρὸς αἵματος τιμωρίαι κτλ.*

His praemissis quae corollarii loco ad istam disputationem addantur, alias quasdam quaestiones Ennianas connectimus, quas iam tum explicare volebamus,

*) Clytaemnestra in Sophoclis Electra v. 778 sqq. cum dicit

ἐγκαλῶν δέ μοι
φόνους πατρῴους δείν' ἐπηπείλει τελεῖν.
ὥστ' οὔτε νυκτὸς ὕπνον οὔτ' ἐξ ἡμέρας
ἐμὲ στεγάζειν ἡδύν, ἀλλ' ὁ προστατῶν
χρόνος διῆγέ μ' αἰὲν ὡς θανουμένην

non disparem Alcmaeoni animi motum prodit, nisi quod illa certi vindicis minas timet, hic incerta ultoris specie angitur.

sed intervenientibus negotiis alienis praepediti seposuimus; selegimus autem maxime ea, in quibus ex comparatione Graecorum aliquid utilitatis ad poetam Romanum redundare cupimus.

I. Nonius Marcellus p. 469, 22 ad glossam *cunctant pro cunctantur* haec exempla adscripsit.

> Accius Alphesiboea 'ita territa membra animo aegroto Cunctant subferre laborem.' Ennius Ambracia 'bene mones, *tute ipse* cunctato, vide fortem virum.' Idem Hectoris lytris 'qui cupiant dare arma Achilli, *ut ipse* cunctent.'

In versu tertio, de quo nos acturi sumus, *ipsi* quod orationis forma requirit, olim correctum est: num quid praeterea peccatum sit a librario, quod sunt qui credant, patefacta sententia patefaciet. Versus ipse lucem accipit ex tragoedia cuius eum esse Nonius testatur, cui Hectoris lytra sive Ἕκτορος λύτρα inscriptum fuisse Nonii indicia cum hoc loco tum aliis fidem faciunt. Cum enim hi versus ex eadem tragoedia petiti

Hector vi summa armatos educit foras
castrisque castra ultro iam fere occupat

et ab altera parte inscriptio ipsa et qui indidem relatus est versus

per vos et vostrum imperium et fidem, Myrmidonum vigiles, commiserescite

quasi quosdam fabulae terminos constituant, manifestum est Achillem dici quem interemptus Patroclus inermem reddidit. Neque id fugit interpretes: veram et propriam Ennianae sententiae naturam et occasionem non perspexerunt, velut Ribbeckius in tragicorum fragmentis p. 34 ita scribit

qui cupiant dare arma Achilli, cunctent . . . . .

in libro autem de tragoedia Romana p. 123 sic formata verba

qui cupiant dare arma Achilli, cunctent ipsi *sumere*

ei attribuit qui ignaviae culpet si quis sua dare arma Achilli cupiat, haec e scena residua esse ratus quam Ennius seorsum ab Homericis carminibus confinxerit. Nos his versibus quos infra scripsimus de Iliadis duodevicesimo utendum fuisse ducimus. Cum enim Hector et duo Aiaces saeviter inter se de nudato Patrocli corpore contendunt, in summo discrimine Iris a Iunone missa de caelo volans accelerat ut excitet et admoneat Achillem, ne lentus patiatur Patrocli corpus a Troianis rapi et canibus proiici, sed ut in pugnam regressus suos adiuvet, hostes autem in fugam vertat. Cui ille respondet.

πῶς τ' ἄρ' ἴω μετὰ μῶλον; ἔχουσι δὲ τεύχε' ἐκεῖνοι.
μήτηρ δ' οὔ με φίλη πρίν γ' εἴα θωρήσσεσθαι,
πρίν γ' αὐτὴν ἐλθοῦσαν ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι.
στεῦτο γὰρ Ἡφαίστοιο πάρ' οἰσέμεν ἔντεα καλά.
ἄλλου δ' οὔ τευ οἶδα τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω,
εἰ μὴ Αἴαντός γε σάκος Τελαμωνιάδαο.

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅδ', ἔλπομ', ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ,
ἔγχει δηιόων περὶ Πατρόκλοιο θανόντος.

Non anxie quaeritamus cum interpretibus Graecis, cur Patrocli arma in castris posita Achilles induere noluerit, sed poetae mentem sequimur ab hoc initio rem admirabilem effingentis, Achillem sine armis sed capite flammis fulgente in aggere constitisse et terribili vocis sonitu Troianos perterrefecisse. Sed Achillem cum Homerus faciat deliberantem de armis, sine quibus obire certamen veretur, illud etiam volutantem reiicientem, ab alio num possit arma mutuari, haec non temere ad aperiendam Enniani versus sententiam conferemus. Nempe Ennii verba Achilli tribuimus ipsi, qui sive Iride sive alio admonente, ut in illo rerum discrimine partem pugnae capere ne haesitet, sibi deesse arma responderit neque exspectari posse ut duces alii sibi dare arma sua velint, quo fiat ipsi ut cunctari debeant. Ea enim vis est huius interrogationis

qui cupiant dare arma Achilli, ut ipsi cunctent? . . .

ut neget fieri posse quod quaeritur. Quam orationem quod Achillis esse volumus, ut nomen ponat cum de se loquatur, nemo nescit hoc genus non alienum esse a poetarum more, velut moriturus Aiax in valedicendo τοῦθ' ὑμὶν ait Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ, τὰ δ' ἄλλ' ἐν Ἅιδου τοῖς κάτω μυθήσομαι, aut Atreus Accii *iterum Thyestes Atreum adtractatum advenit, iterum iam adgreditur me et quietum exsuscitat.* Ab hac autem sententia pronomen *ipsi* abesse nolet qui eam recte ceperit: 'quid? nos nostra dare arma alii ut ipsi cunctemur?' responderi poterat petenti. Porro *ut* particula finalis est, sed eo modo posita, quem alibi explicare et exemplis confirmare studuimus, ut significetur id quod necessario consecuturum sit, alterum si eveniat; qua ratione prius illud fieri posse aut optari reprobatur. Denique ut interpretando percurramus omnia, ad *cunctent* etsi addi infinitivus verbi poterat, quem nonnulli Nonii culpa desiderari arguunt, tamen haec sententia plena est neque quidquam requiritur, non magis quam in altero exemplo Enniano, quo Nonius usus est, recte illo quidem, si quid sentimus, tradito, nisi quod verbi *cunctato* exitus *o* interiectionem extrivisse videtur, qua inserta molliorem versum effeceris.

bene mones: tute ipse cunctato: *o* vide fortem virum.

tute ipse, inquit, qui me admones, scilicet ne praepropere agam, *cunctato*: quibus idem subiicit illudens admonitorem *o vide fortem virum!*

Ab Homero sumpsimus quo Enniani versus sententiam explicaremus: Ennium ipsum sua ab Homero sumpsisse non asseveramus; neque de ea re fidentius iudicare licet, nisi quis totius fabulae originem patefecerit. Accedit aliud quo iudicium impeditur. Aeschyli erat trilogia Μυρμιδόνες, Νηρεΐδες, Φρύγες ἢ Ἕκτορος λύτρα; putamus enim recte sensisse qui has tres fabulas unius esse trilogiae partes sibi persuaserunt. Qua Aeschylus eundem prope rerum ambitum amplexus videtur, quem Ennii tragoediae tribuimus quemque Hyginus fabula (106) cui 'Hec-

toris lytra' inscripsit explicuit.*) In prima fabula Patrocli erat interitus, quem versus quidam qui exstant aperte monstrant, velut fr. 134 (coll. Iliad. 18, 2).

Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος
τὸν ζῶντα μᾶλλον· τἀμὰ γὰρ διοίχεται.

Quamobrem fr. 136

ὅπλων ὅπλων δεῖ

quae verba ex hac tragoedia petita interpres Graecus ad Aristophanis Avium v. 1420 πτερῶν πτερῶν δεῖ· μὴ πύθῃ τὸ δεύτερον adscripsit, non ineptus sit qui Homeri et Ennii memor Achillis esse dicat occiso Patroclo armis orbati. Poterantque de recuperandis armis ibi similia agi eorum quae sunt apud Homerum, apud Ennium fuisse illius versus indicio suspicamur. Sed quidquid de ea opinione statuitur, nos non tam exempla tragoediae Romanae sectari quam versus Enniani vim et usum declarare voluimus. Quod si recte consecuti sumus, orationem saepe labefactatam satis stabilivisse videbimur.

Unum addimus de scriptura. Quia enim apud Nonium *ut ipse cunctent* scriptum est, Ribbeckius aliique non corrigi *ipsi* sed *ipse* aut *ut ipse* verba expelli maluerunt utpote ex superioris exempli verbis *tute ipse cunctato* errore repetita. Nos vidimus sententiam ipsam, modo recte explicetur, et pronomen et particulam tueri, et hoc tantum largimur, quamquam non est quod tam pusilli erroris causa quaeratur, eum qui modo *tute ipse* recte scripsisset, inducente similitudine cum *ipsi* deberet iterum exarasse *ipse*. Sed hoc genus emendandi quo Ribbeckius et post eum alii saepius usi sunt quoniam speciosum est et facile decipere imprudentem potest ut saepe decepit, utemur occasione ut alterum exemplum similis emendationis in Ennii versu factae breviter expendamus et confutemus. Apud Nonium p. 505, 13 haec scripta sunt in libris.

> expedibo pro expediam. Pacuvius Atalanta . . . *accius* Nyctegresia 'cuncta expedibo: id modo iusiurandum date.' Pomponius Vernionibus 'sed qui utroque error vos agitat, expedibo.' Ennius Eumenidibus 'id ego aecum *accius* fecisse expedibo atque eloquar.'

In Ennii versu pro *accius* quod pravum est olim *ac ius* restituerunt; nunc *accius* tamquam iteratum nomen poetae modo appellati eiiciendum esse instant: quo facto bonus quidem senarius prodit

id ego aecum fecisse expedibo atque eloquar,

sed sententiae pondus valde elevatur. Apollinis enim hanc orationem esse Orestis caedem maternam vindicantis index tragoediae indicio est: in ea vero iuris con-

---

*) Hyginus, sive Ennianae tragoediae argumentum exponit sive sequitur Aeschyli trilogiam, quam nos controversiam non attingimus, quod a Briseide ab Agamemnone abducta incipit, non hanc partem esse tragoediae a se expositae voluit, sed irae Achilleae, unde reliqua pendent omnia, non inconsulto causam et originem significat.

troversia agitabatur, velut apud Aeschylum, quem Ennius in argumento fabulae secutus videtur, Orestes his verbis adit Apollinem

ἤδη σὺ μαρτύρησον. ἐξηγοῦ δέ μοι,
Ἄπολλον, εἴ σφε σὺν δίκῃ κατέκτανον.
δρᾶσαι γὰρ ὥσπερ ἐστὶν οὐκ ἀρνούμεθα.
ἀλλ᾽ εἰ δικαίως εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ
δοκεῖ τόδ᾽ αἷμα κρῖνον, ὡς τούτοις φράσω.

idem ante (464) Minervam iusserat

σὺ δ᾽, εἰ δικαίως εἴτε μή, κρῖνον δίκην.

Quare iis noli fidem habere qui *accius* quasi illo errore ortum inducunt: nunc quoque non plus dari potest quam vicinum nomen primitivae scripturae quae erat *ac ius* obfuisse: quam eo certius retinemus quo saepius *iuris* et *aequi* notiones copulari solent, velut Ennius ipse dixit in Hectoris lytris

melius est virtute ius: nam saepe virtutem mali
nanciscuntur: ius atque aecum se a malis spernit procul.

Qui vero his servatis, *aecum ac ius*, metri causa aut etiam orationis *fuisse* scribunt pro *fecisse*, nihilo minus deteriorem reddunt sententiam, si quidem hoc agitur, iure an iniuria fecerit id quod se fecisse Orestes fatetur. Hoc autem dicendi genus, si qui dicit, *id eum ius fecisse eloquar*, vetusti sermonis more vindicatur quo ut *aequum oras, aequissimum orat*, sic *ius orat, ius merum oras* et similia dici solent. Ita oratione undique munita et confirmata, in metri offensionem incurrimus: bis enim hiat hic septenarius

id ego aecum ac ius fecisse expedibo atque eloquar.

Cui incommodo duplici, quamquam neutrum per se intolerabile erat, una opera occurri potest ita ut Ennium statuamus *ius atq; aecum* scripsisse, qui ordo est in altero exemplo Enniano, Nonium autem aut Nonii librarios ab errore mentis cognata nomina inverso ordine iugasse, *aecum ac ius*. Itaque hunc versum reddemus Ennio

id ego ius atque aecum fecisse expedibo atque eloquar,

nisi quis bis positam in eodem versiculo *atque* particulam fastidierit, quod tamen quantillo discrimine distat ab *ac* et *atque* particulis uno versu copulatis, neque illud displicuit poetae ignoto qui in simillima oratione scripsit

adsum atque advenio Acherunte vix via alta atque ardua.

II. Ad Vergilii versum Aen. 1, 52 *hic vasto rex Aeolus antro* in Servio Danielino p. 34, 14 Thilonis haec adnotata leguntur.

sane vasto pro desolato veteres ponebant. Ennius Iphigenia 'quae nunc abs te viduae et vastae virgines sunt.'

Versum Ennii Ribbeckius octonarium trochaicum initio mutilatum esse voluit

. . . . quaé nunc abs te viduae et vastae virgines sunt.

Idem postea (de trag. Rom. p. 103) verbo *sunt* transposito, omissa etiam *et* particula, hunc integrum senarium commendavit

quae núnc sunt abs te viduae vastae virgines.

Quod idem Bergkio placuerat, qui in ind. lect. Marburg. a. MDCCCXLIV (opp. 1, 231) similiter sed minus venuste scribi iusserat

quae nunc abs te sunt vastae et viduae virgines.

Nos ne libidine agamus a mutando versu abstinendum esse censemus; quem cum septenarium trochaicum in fine mutilum esse dicimus

quaé nunc abs te viduae et vastae virgines sunt . . .

formam sequimur nec singularem nec ulla parte a metri ratione vituperabilem*). Non magis in definiendo loco quem versus habuerit in tragoedia docti assecuti videntur quod probari possit. Quorum Ribbeckius (de trag. Rom. l. l.) cum versum cantici esse Helenam culpantis crederet, ex Euripidis Iphigenia haec conferri voluit (v. 1333)

ἰὼ ἰώ,
μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ᾽ ἄχεα
Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.

In quibus aegre agnoscas quod ad Enniani versus sententiam accedat. Probabilius Bergkio verba 'ex Clytaemnestrae et Agamemnonis colloquio petita esse' videbantur, verum idem, ut hariolatum esse intelligas, 'nihil iis simile in Euripidea tragoedia legi' affirmabat. Sed ab hariolando ut ad iudicium res redeat, ab explicandis verbis proficiscendum est: quae aperte loqui videntur, modo teneas id quod Servius testatur *vastas* esse *desolatas*; nam *vidua* notum est universe appellari quae ab aliquo relicta sunt aut destituta. Itaque quisquis est qui haec dicit hoc dicit 'virgines quae a te nunc relictae et desolatae sunt.' Eaque cum ex Iphigenia tragoedia allata sint, ecquid dubitamus sorores Iphigeniae dici, quas Clytaemnestra dum properat cum Iphigenia in castra Graecorum domi solas destituit? Ergo Agamemnonis verba sunt, quibus is, postquam non contigit interveniente Menelao ut Clytaemnestram nuntio et epistola dehortaretur ne veniret, praesentem argumentando permovere studet, ut adducta filia, cuius illa nuptias parari credit, quantum possit domum repetat liberosque ibi relictos tutetur, quorum ille consulto solitudinem custodia materna carentem illis verbis exaggerat. Hoc modo haec

*) In re metrica tragoediarum Ennianarum quamquam pleraque Ribbeckii et Buecheleri cura satis stabilita sunt, tamen restant nonnulla, in quibus aegre ferimus quod nobis cum viris eruditissimis non convenit: velut in Thyestae versu

set me Apollo ipse delectat ductat Delficus

duos creticos cum trochaeis eo certius agnoscere videmur, quo probabilius est hunc ex eadem tragoedia versum petitum nec in sententia ab illo secernendum

quam mihi maxime hic hodie contigerit malum

iisdem numeris compositum esse. Quos ubi reliqueris emendando alia sectatus, incerta errabit coniectura ut adhuc erravit in utroque, quoniam ab oratione peti non potest quod regat divinandi consilium.

ab Euripide in colloquio quod fit inter Agamemnonem et Clytaemnestram exposita leguntur a v. 725.

A. οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ γύναι; πιθοῦ δέ μοι.
K. τί χρῆμα; πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι σέθεν.
A. ἡμεῖς μὲν ἐνθάδ', οὗπέρ ἐσθ' ὁ νυμφίος,
K. μητρὸς τί χωρὶς δράσεθ', ἁμὲ δρᾶν χρεών;
A. ἐκδώσομεν σὴν παῖδα Δαναϊδῶν μέτα.
K. ἡμᾶς δὲ ποῦ χρὴ τηνικαῦτα τυγχάνειν;
A. χώρει πρὸς Ἄργος παρθένους τε τημέλει.
K. λιποῦσα παῖδα; τίς δ' ἀνασχήσει φλόγα;
A. ἐγὼ παρέξω φῶς ὃ νυμφίοις πρέπει.
K. οὐχ ὁ νόμος οὗτος, σὺ δὲ φαῦλ' ἡγεῖ τάδε.
A. οὐ καλὸν ἐν ὄχλῳ σ' ἐξομιλεῖσθαι στρατοῦ.
K. καλὸν τεκοῦσαν τἀμά γ' ἐκδοῦναι τέκνα.
A. καὶ τάς γ' ἐν οἴκῳ μὴ μόνας εἶναι κόρας.
K. ὀχυροῖσι παρθενῶσι φρουροῦνται καλῶς.

Intelligimus Ennium, quem isto vestigio credibile fit totum illud colloquium satis accurate expressisse, in ea quoque re Euripideo exemplari quod sibi imitandum sumpsit fideliter adhaerere. Ut cavendum sit ne a Bergkio nos decipi patiamur, bonam partem Iphigeniae Ennianae ad Sophoclis cognominem fabulam revocante. *Virgines* autem Ennius puellulas appellavit, Euripidis comes, qui easdem παρθένους dixit cum hoc loco (v. 731; 737 κόρας) tum rursus v. 1447 cum Iphigenia moriendi certa Clytaemnestram matrem redire valereque iubet.

K. τί δὴ κασιγνήταισιν ἀγγελῶ σέθεν;
I. μηδ' ἀμφὶ κείναις μέλανας ἐξάψῃς πέπλους.
K. εἴπω δὲ παρὰ σοῦ φίλον ἔπος .ι παρθένοις;
I. χαίρειν γ'. Ὀρέστην τ' ἔκτρεφ' ἄνδρα τόνδε μοι.

Quo certius iudicandum est quas virgines Ennius appellet.

III. Ex eadem tragoedia Ennii petita esse censent quae apud Ciceronem leguntur de divinatione 2, 26, 57.

> Democritus quidem optumis verbis causam explicat cur ante lucem galli canant: depulso enim de pectore et in omne corpus diviso et mitificato cibo cantus edere quiete satiatos; qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, 'favent faucibus russis cantu plausuque premunt alas.'

Ea enim Ribbeckius ad anapaestos qui sunt apud Euripidem initio fabulae, ex quibus nonnulla Ennius eodem numero expressit (fr. I et II), referenda esse coniecit, sed ita, non ut silentium noctis, quemadmodum Euripides in notanda nocte gallorum mentionem facit (v. 9) οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων οὔτε θαλάσσης, sed ut albescentem lucem, quam Euripides postea designat verbis (v. 156) λευκαίνει τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠὼς πῦρ τε τεθρίππων τῶν Ἀελίου, indicent. Itaque Ennii orationem

ad numeros revocatam hoc modo distinxit et explevit (de trag. Rom. p. 95; aliter in tragicorum fragmentis p. 67)

lux albescit,
gallique favent faucibus russis
cantu, plausuque premunt alas.

Non assentimur. Sive enim Ciceronis mentem respicimus sive rimamur Ennii verba, nullo pacto videtur fieri posse, ut haec non de nocte sed de adveniente die accipiantur. Neque Ribbeckium fugit, Ciceronem refragari isti quam amplexus est sententiae, quippe qui aperte dicat, *silentio noctis* fieri ea quae ille orientis lucis signa esse interpretatur; neque vero probabili ratione ex illa se difficultate expedivit. Nam Ciceronem verba *silentio noctis* ex prima parte fabulae Ennianae quae noctis tempus definiebat (ut illa apud Euripidem v. 9) ad hos versus diversam sententiam habentes per errorem transtulisse, credibile non est reputanti ipso argumentationis itinere hanc notationem temporis flagitari. Haec enim nisi de nocte dixerat Ennius, confirmari iis Democriti ratio non poterat, qui cum causam explicaret cur galli ante lucem canerent, hoc eo fieri dixit, quia quiete nocturna satiati essent et recreati. Eamque quietem qua galli noctu fruuntur verba Ennii ipsa haud obscure designant, nisi quis invita a consueto sermonis usu in alienam sententiam detorquet: *favere faucibus* quod galli dicuntur, nimirum *silere* dicuntur; id quod, ut mittamus alia in re nota, Ennii ipsius exemplum probat, qui cum scribit in annalium XVI (v. 414)

hic insidiantes vigilant, partim requiescunt
tecti, *cum**) gladiis, sub scutis ore faventes,

grammatici ad eum versum citati testantur *ore favere* dici *tacere*; neque distinguendo hoc efficias adversante orationis natura, ut *cantu* a *plausu* seiunctum, in vim tertii casus interpretatum, cum priore parte orationis coniungi possit; et haec tamen si probentur, quae minime fieri poterant, nihilo magis credibile fit, voce *cantui* adiecta *favere faucibus* a silentii notione in vim contrariam *canendi* potuisse abire; porro *premunt alas*, quae verba pulchre depingunt gallos compressis alis quiescere, plerique quid significare velint non dicunt, sed videntur quatere vel movere alas intelligere; quod ab hoc dicendi genere tam alienum est quam a *favendo faucibus* cantus notio, neque illis verbis melius *plausu* quam his addi *cantui* potuit. Sed Ribbeckius cum Ennii verbis gallorum cantum matutinum dici vellet, *silentio noctis* prave ad hanc sententiam delata verba esse sibi persuasit. Interpretes Ciceronis, nostrates potissimum, mire agunt, cum non solum certissimum verborum significatum denegant sed etiam naturam rerum vertere velle animum inducunt, qua fixum est, ut galli noctu taceant, canant autem ante lucem cantuque suo diem advenientem nuntient: qua re lusus Aristophanis nituntur in

---

*) *cum* addidit Baehrensius.

Avibus (v. 484 sqq.) cum ἀλεκτρυόνος vim et virtutem extollit*). Recto iudicio usus Lambinus, primus ut videtur, iustam orationi distinctionem adhibuit: *favent faucibus russis: cantu plausuque premunt alas*, item Davisius, sententiam probe assecutus; optimis autem verbis eam Henricus Alanus Hibernus reddidit, cum haec adnotaret dici *silent et pressis sive depressis alis cantu plausuque se abstinent*. Neque tamen nihil erat in Ennii verbis quod morari legentem posset, quod contulisse aliquid ad eos errores videtur quos redarguimus, ipsum a nemine satis explorate perceptum est. Nam prior quidem pars orationis *favent faucibus russis* plena est et perspicua, sic ut nihil addi amplius possit, sed in altera parte *cantu plausuque premunt alas*, si retinemus eam, quam diximus, *premendi* significationem, quomodo iugata nomina *cantu plausuque* interpretemur ambigimus: quorum vim

*) Non possumus facere quin paucos versus ex lepidissima narratione in adnotatione ponamus, si qui erunt fortasse qui nobis assentiantur negantibus quidquam in iis esse quod non rectissime scriptum sit.

Πειθέταιρος

οὕτω δ' ἰσχυέ τε καὶ μέγας ἦν τότε καὶ πολύς, ὥστ' ἔτι καὶ νῦν
ἀπὸ τῆς ῥώμης τῆς τότ' ἐκείνης, ὁπόταν νόμον ὄρθριον ᾄσῃ,
ἀναπηδῶσιν πάντες ἐπ' ἔργον χαλκῆς κεραμῆς σκυλοδέψαι
σκυτῆς βαλανῆς ἀλφιταμοιβοὶ τορνευτολυρασπιδοπηγοί·
οἱ δὲ βαδίζουσ' ὑποδησάμενοι νύκτωρ.

Εὐελπίδης

ἐμὲ τοῦτό γ' ἐρώτα.
χλαῖναν γὰρ ἀπώλεσ' ὁ μοχθηρὸς Φρυγίων ἐρίων διὰ τοῦτον.
ἐς δεκάτην γάρ ποτε παιδαρίου κληθεὶς ὑπέπινον ἐν ἄστει,
κἄρτι καθεῦδον, καὶ πρὶν δειπνεῖν τοὺς ἄλλους οὗτος ἄρ' ᾖσεν·
κἀγὼ νομίσας ὄρθρον ἐχώρουν Ἁλιμοῦντάδε, κἄρτι προκύπτω
ἔξω τείχους, καὶ λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον·
κἀγὼ πίπτω μέλλω τε βοᾶν, ὁ δ' ἀπέβλισε θοἰμάτιόν μου.

Doctissimi enim Aristophanis interpretes, Kockius, Meinekius, Hillerus in versu 492 mirifice se torquent variisque eum modis ad probabilem sententiam revocare temptant. Qui nobis videtur hunc simplicem et necessarium sensum habere ut praeter eos, qui gallo mane canente ad opus faciendum sussiliant, alii, eodem scilicet cantu excitante, soleati dicantur in pedes se dare ante lucem. Quod quam verum sit, eius rei semet esse vivum exemplum Euelpides affirmat narrans quid ipsi acciderit. Euelpides enim Halimusius, ut Meinekii verbis utamur, ab amico in urbe invitatus, cum ante coenam largiuscule bibisset, obdormivit; tum subito galli cantu expergefactus, matutinum tempus esse ratus, antequam reliqui hospites coenarent, sese proripuit et in praedonum manus incidit. Unde apparet οἱ δὲ βαδίζουσιν ὑποδησάμενοι νύκτωρ (scil. ὁπόταν ἀλεκτρυὼν νόμον ὄρθριον ᾄσῃ, quae ad haec quoque necessario referuntur) et κἀγὼ (τούτου ᾄσαντος) νομίσας ὄρθρον ἐχώρουν accurate inter se respondere, eoque consensu consilium poetae contineri; quod qui recte perceperit, concedet, quidquid mutatur in versu 492, obscurari sententiam magis quam declarari.

quidem sensit Alanus cum scriberet *cantu plausuque se abstinent*, sed eam vim qua via elicias e verbis non monstravit. Nos, ut breviter dicamus, ab artificiis grammaticis nihil in hac causa exspectamus, sed ea parte laborare scripturam librariorum incuria opinamur. Perspicuitati sententiae addenda voce prospicias: [*missis*] *cantu plausuque premunt alas;* eaque vox ut adiuvat et absolvit sententiam, ita orationi et versui tam commode se applicat, ut verisimile sit Ennium non alia usum esse; quae praesertim post *russis* proclivi errore intercidere potuerit; addi enim ad *russis*, quod nomen apte describendae faucium naturae inservit, quam ex eodem effici *missis* malumus. Itaque auctores sumus ut Ennio et qui Ennii versus tradidit Ciceroni hoc κομμάτιον restituatur.

. . . favent faucibus russis:
missis cantu plausuque premunt
alas.

Qua oratione iam magis patefactum est, qua de causa duo nomina *cantu plausuque* coniuncta sint neque diiungi debeant: quia enim galli, ut ait Plinius (nat. hist. 10, 21, 46), *diem venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum*, scite in sententiam contrariam, ut noctis tempora denotentur, *missis cantu plausuque* dicuntur *alas premere*. Sic autem scripti et interpretati versus nihilo secius ad Iphigeniam Ennii referri possunt, sed ad eam partem anapaestorum quae est initio fabulae Euripideae, ut, cum Euripides dicat (v. 9 sqq.)

οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων
οὔτε θαλάσσης· σιγαὶ δ' ἀνέμων
τόνδε κατ' Εὔριπον ἔχουσιν,

Ennius paulo uberius intempestam noctem a gallorum silentio signasse credatur.

IV. Ad initium Iphigeniae cum delati simus, age versus ex eo initio servatos suo ordini restituamus, quos editores Ennii nec recte distinctos et prave dispositos ferunt. Etenim ab his versibus Ennii tragoediam exorsam esse existimamus.

Agamemno

Procede: gradum proferre pedum,
nitere, cessas, o fide . . ?

*

quid noctis videtur? in altisono
caeli clipeo superat temo
stellas sublime *agitans* etiam atque
etiam noctis iter.

Quod primum fecimus fragmentum, vulgo secundum est et ex his versibus Euripideis expressum putatur (v. 139)

ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ
μηδὲν ὑπείκων.

Sed *procede* etsi ambiguum est utrum *prodire* an *proficisci* significet, poterat enim utrumque, prius ut pro vero habeamus, suadet ea quae subsequitur sententia, *gradum proferre pedum, nitere, cessas?* quam nos interrogationem cum Festo interpretamur *gradum proferre pedum cessas? nitere*, imperativo *nitere* medio interposito, ex poetarum usu, quem alibi dedita opera persecuti sumus. Haec autem cum dicit Agamemno, incitat senem morantem eumque festinantius foras exire iubet. Itaque his verbis Ennium principium Iphigeniae Euripideae reddidisse verisimile est.

ΑΓ. Ὦ πρέσβυ, δόμων τῶνδε πάροιθεν
στεῖχε. ΠΡ. στείχω· τί δὲ καινουργεῖς,
Ἀγάμεμνον ἄναξ; ΑΓ. πεύσει. ΠΡ. σπεύδω.
μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄυπνον
καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν.

Pro *πεύσει* (v. 3) quod libri habent Hermannus *σπεῦδε*, Dobraeus quod valde probatur Henrico Weilio *σπεύσεις*; reponi iusserunt. Quorum utrumque ad senis responsum *σπεύδω* melius accommodatur, sed illud quaerenti *τί καινουργεῖς* respondetur aptius; et tamen hoc quoque adhortandi vim habet (*πεύσει* scil. cum veneris), eamque percipiens servus *σπεύδω* respondet. Itaque sic se colloquentium vices excipiunt. Agamemno e tentorio suo progressus evocat senem, *ὦ πρέσβυ, δόμων τῶνδε πάροιθεν στεῖχε*. Cui ille primum intus *στείχω* respondet, addita interrogatione *τί δὲ καινουργεῖς, Ἀγάμεμνον ἄναξ*, dein idem, Agamemnone reiiciente *πεύσει*, dum exit dicit *σπεύδω* et reliqua. Quae Ennius liberius imitatus est ita ut uno tenore Agamemnonem vocantem et impensius admonentem faceret.

Apud Euripidem haec continuo sequuntur.

ΑΓ. τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει
σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης;
οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων
οὔτε θαλάσσης· σιγαὶ δ' ἀνέμων
τόνδε κατ' Εὔριπον ἔχουσιν.

Sic enim scribimus, potissimos Euripidis editores secuti, qui quia Theoni Smyrnaeo fidem habuerunt *σείριος* non nomen esse sed adiectivum, hanc unam Agamemnonis orationem effecerunt, quae in libris Euripideis dividitur inter duos, ut interroganti Agamemnoni *τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει*; senex respondeat *Σείριος ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης*, eumque rursus Agamemno excipiat verbis *οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων κτλ.* Ennius non hanc sed illam rationem secutus videtur qui versus Euripideos sic interpretatur.

quid noctis videtur? in altisono
caeli clipeo superat temo
stellas sublime *agitans* etiam atque
etiam noctis iter.

Nam haec quoque rectius in unam orationem colliguntur, cum fere inter duos dispertiantur colloquentes.

AG. quid noctis videtur in altisono
caeli clipeo? SE. superat temo cet.

Sed Agamemno neminem appellat interrogando neque cuiusquam responsum exspectat, verum dum senex cunctatur, quem progredi iusserat, ipse haec secum de noctis tempore deliberat, quam multam esse ex eo intelligit, quod superat in caeli clipeo temo, qui stellas etiam atque etiam sublime agitat noctis iter. Nam verba *in caeli clipeo* cum *superat* verbo coniungimus: reliquis verbis temonis natura describitur, in quibus nihil peccatum videtur nisi quod *agens* respuente metro scriptum est pro eo quod olim restituendum diximus *agitans*. Similiter Agamemno Euripideus, si recte interpretamur, non hoc agit ista interrogatione ut sciscitetur a se aliove quaenam sit ista quam conspicetur stella, sed interrogationis forma*) se mirari indicat, quid sit quod sidus istud clarum in vicinia vergiliarum oriens in medio etiam cursu vehatur: *πορθμεύει ἔτι μεσσήρης*, in quibus verbis summa vis est sententiae. Hoc enim signo noctem videt non iam ad finem vergere: itaque addit concludendo *οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων οὔτε θαλάσσης κτλ.*

v. Nondum destituimus Iphigeniam Ennii: habemus enim adiuti rursus comparatione Graecorum quod afferamus utile, si non Ennii versui de hac tragoedia, at grammatici testimonio quod ad huius fabulae versum adscribi solet. Etenim Ciceronis haec sunt de re publica 1, 18, 30 . . . *cuique contra Galli studia disputanti in ore semper erat ille de Iphigenia Achilles*

astrologorum signa in caelo quid fit observationis,
cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod belnarum:
quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.

Ad hos versus, quorum scripturam ab editoribus tam Ennii quam Ciceronis male habitam alibi stabilire studuimus, Donatus citatur, cuius ad Terentii versus Adelph. 3, 3, 32 *istuc est sapere, non quod ante pedes modost Videre sed etiam illa quae futura sunt Prospicere* haec est adnotatio.

quod ante pedes modo est videre: hoc sumpsit poeta de illo in physicum pervulgato *ancillae* dicto 'quod est ante pedes non videt, caeli scrutatur plagas.'

Quae cum redire viderentur ad ea quae Cicerone teste Achilles dixit in Iphigenia Ennii, offenderunt in *ancillae* nomine, eamque iniuria Achillis locum obtinere arguerunt, L. Schopenus primus, qui ut erat homo doctus et prudens inprimis, ne probabilitas emendandi abesset *achillae* pro *ancillae* restitui iussit, qua spreta probabilitate nuper *Achillis* repositum est. Atqui haec sunt Platonis in Theaeteto

*) Interrogationis exemplum cui nihil respondetur vide in eadem tragoedia v. 1036 τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος κτλ..

p. 174 a (p. 46, 17 Schanzii) ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα καὶ ἄνω βλέποντα πεσόντα εἰς φρέαρ Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν κτλ. Quae quamquam Ribbeckii diligentiam non praeterierunt, tamen is *ancilla* exclusa retinere de Schopeni opinatione *Achillae* pergit. At Donatus neque Ennium citavit neque ipsa verba Ennii attulit, et licet quae scribit alludere ad sententiam Achillis Enniani videantur, tamen nihil prohibet, quo minus illa forma qua utitur non tam Ennii versum quam ancillae dictum in physicum quod in vim proverbii abiit laudare voluerit; cuius dicti, quamquam Ennianum versum laudat, Cicero quoque reminisci videtur, cum scribit de div. 2, 13, 30 *Democritus tamen non inscite nugatur, ut physicus, quo genere nihil arrogantius: 'quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.'* Quin Ennium ipsum probabile est cum Achillem illa dicentem faceret vulgatum ancillae dictum exprimere voluisse. Quo minus hoc nomen Donato adimendum est, cuius verba, si paulo propius aspicias nec te splendidae coniecturae praestigiis capi patiare, *Achillem* aspernari nec nisi *ancillam* recipere intelligas.

VI. Duos etiam versus Ennianos qui in Nonii Compendiosa Doctrina vitiose exarati leguntur emendare conabimur. Quorum alter ex Phoenice tragoedia excerptus est. Scribit enim Nonius p. 91, 5

> cupienter, cupidissime. Accius Filocteta 'cui potestas detur, tua Cupienter malis membra discerpat suis.' Ennius Foenice 'stultus est qui cupida cupiens cupienter cupit.'

Versus Ennii mancus est. Qua re verisimile est orationem in qua nulla vox non emendate scripta est ex perfecta omittendo imperfectam evasisse. Critici autem, qui multis modis *cupida* voce mutata probabilem recuperare sententiam laborant, verendum est, ne quae integra sint corrigendo ultro depravent. Nos, quoniam *cupida* sic nude positum intelligi nequit, hac parte orationem supplemus, ut eadem opera versui mensura constet et sententiae integritas. Scribimus enim

> stultus est qui cupida *mente* cupiens cupienter cupit

Ariadna Catulli lamentatur

> quis dum aliquid cupiens animus praegestit apisci,
> nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt.
> sed simul ac cupidae mentis satiata libido est,
> dicta nihil meminere, nihil periuria curant.

Versus alter quem diximus sic scriptus exstat apud Nonium p. 144, 14.

> nitidant, abluunt, dictum a nitore. Ennius Cresponte 'o pie eam secum advocant, eunt ad fortem (*fontem* edd.), nitidant corpora.' Accius Thebaide 'quin id circaeo fonte adveniunt mundulae nitidantur vulgo quapripedantur soni pedum.'

Cui emendando ut viam muniamus ordiendum est a tragoedia ex qua petitum

esse versum Nonius dicit. De Cresphonte Euripidis et qui Euripidem secutus est Ennii novissime N. Wecklinus egit, ut ex utriusque poetae fabula versus superstites suo quemque loco poneret totiusque tragoediae quasi quoddam simulacrum adumbraret. Qui in summa rei suam nobis sententiam probavit. Sed nos non tam Euripidea sequimur quam Ennianam tragoediam qualis fuerit expendimus. De qua ut recte iudicari possit, segregandi sunt versus qui in rhetorica ad Herennium (2, 24, 38) nullo auctore leguntur

> iniuria abs te adficior indigna, pater.
> nam si inprobum esse Cresphontem existimas,
> cur me huic locabas nuptiis ? eqs.

quos cothurno indignos iudicabat Wilamowitzius (Anal. Eurip. p. 154), ab Ennio quidem et ab hac tragoedia alienos esse Wecklinus probabilibus argumentis demonstravit; idem admonuit non satis fidenter uti licere versibus qui in eadem rhetorica traduntur (2, 25, 39)

> eho tu di, quibus est potestas motus superum atque inferum,
> pacem inter sese conciliant conferunt concordiam,

Ennianis illis quidem, sed quos in hac tragoedia locum habuisse incertum est ob incertam librorum memoriam, quorum pars potior in his verbis rhetoris *pro suo iure hoc exemplo utentem Cresphontem Ennius induxit* Thesprotum pro Cresphonte nominat*). His praetermissis reliqua non ita difficile conciliantur cum argumento fabulae quod Hyginus narravit fab. 184 (cf. 137) ... *cum qua Polyphontes occiso Cresphonte regnum occupavit. filium autem eius infantem Merope mater quem ex Cresphonte habebat absconse ad hospitem in Aetoliam mandavit. hunc Polyphontes maxima cum industria quaerebat aurumque pollicebatur si quis eum necasset. qui postquam ad puberem aetatem venit, capit consilium, ut exsequatur patris et fratrum mortem. itaque venit ad regem Polyphontem aurum petitum dicens se Cresphontis interfecisse filium et Meropes, Telephontem. interim rex eum iussit in hospitio manere ut amplius de eo perquireret. qui cum per lassitudinem obdormisset, senex, qui inter matrem et filium internuntius erat, flens ad Meropen venit, negans eum apud hospitem esse nec comparere. Merope credens eum esse filii sui interfectorem qui dormiebat, in chalcidicum cum securi venit inscia ut filium suum interficeret. quem senex cognovit et matrem ab scelere retraxit. Merope postquam vidit occasionem sibi datam esse ab inimico se ulciscendi, redit cum Polyphonte in gratiam. rex laetus cum rem divinam faceret, hospes falso simulavit se hostiam percussisse eumque interfecit patriumque regnum adeptus est.* Haec Hyginus, in quibus Ennianae tragoediae fila agnoscere licet, nisi quod Ennius, ut ante eum Euripides, Meropes

---

*) Thesproti mentio fit in fabula Thyestea (apud Hyginum f. 88 et in ignoti tragici versibus p. 253 Ribb.), ut illud si probum est testimonium quos ab Cresphonte secludit versus in Ennii Thyeste reponere liceat.

filium non Telephontem sed Cresphontem patris nomine appellavit; id quod cum inscriptio tragoediae prodit, tum firmant testimonia alia, quae Wecklinus disceptavit. Inter Enniana fragmenta quod primum fertur

an inter se sortiunt urbem atque agros

quamquam aegre a nobili sortitione Peloponnesi seiungas, nos tamen nec verba praestamus, in quibus aliquid peccatum est, neque locum qui fuerit versiculi in tragoedia sat certo definire audemus. Ex ceteris versus duo Cresphonti tribuimus, primum

audi atque auditis hostimentum adiungito;

quae verba Wecklinus perspexit reducis Cresphontis esse qui Polyphonti se Cresphontem percussisse nuntiat pretiumque perpetratae necis ab illo expositum flagitat; deinde

ego meae cum vitae parcam, letum inimico deprecor;

quam sententiam nec alii nec Wecklinus sicut oportet accepisse nobis videntur. Sunt autem verba eius qui quia didicit 'qui alteri exitium paret ei paratum esse pestem ut participet parem' se suae vitae parcere posse negat ne parcat alienae et ab inimico letum arceat. Itaque haec Cresphonti danda sunt, qui cum forti animo ad Polyphontem regem occidendum accingitur, admonenti fortasse matri, ut suae vitae parcat, animose illa respondit. Quae restant Meropes sunt.

ducit me uxorem liberorum sibi quaesendum gratia.

*

o pie eam secum advocant, eunt ad fontem, nitidant corpora.

*

neque terram iniicere neque cruenta convestire corpora
mihi licuit, nec miserae lavere lacrimae salsum sanguinem.

Versu primo Merope suum cum Cresphonte (non Polyphonte, quod Wecklinus credidit) matrimonium initum refert; loquitur autem quemadmodum Andromacha Euripidea (v. 3)

Πριάμου τύραννον ἑστίαν ἀφικόμην
δάμαρ δοθεῖσα παιδοποιὸς Ἕκτορι.

Similiter Andromeda Ennii

liberum quaesundum causa familiae matrem tuae.

Secundo, item tertio et quarto lamentatur sibi non licuisse occisis coniugi et filiis suprema munera mortis offerre. Haec enim fragmenta duo non dubitamus quin connexa sint sententia et dispersae eiusdem ῥήσεως particulae. Ut quae dicit *neque terram iniicere mihi licuit*, eadem ante dixerit de se (*ut*) *eam secum advocant.* Et haec quia repetita videntur ex ea parte qua Merope narrabat culpa percussorum factum esse ut non sicut par fuit matrem et uxorem componendis defunctorum corporibus adhiberetur, inde nata est suspicio, indignabundam eam dixisse

o pie*tas*, eam secum advocant: eunt ad fontem, nitidant corpora.

Qua in re ut Meropes sensus e contrario aestimetur, non inutile est reminisci quae in Euripidis Hecuba et in Troasin de condendi cura aguntur, qua Hecuba Polyxenam mactatam et interemptum Astyanactem prosequitur. Ex quibus pauca afferimus, Talthybii nuntium Hec. v. 508

σὴν παῖδα κατθανοῦσαν ὡς θάψῃς, γύναι,
ἥκω μεταστείχων σε· πέμπουσιν δέ με
δισσοί τ' Ἀτρεῖδαι καὶ λεὼς Ἀχαϊκός.

et responsum Hecubae v. 604

σὺ δ' ἐλθὲ καὶ σήμηνον Ἀργείοις τάδε,
μὴ θιγγάνειν μοι μηδέν', ἀλλ' εἴργειν ὄχλον
τῆς παιδός κτλ.

Agamemnonis verba Hecubam monentis v. 726

Ἑκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ
ἐλθοῦσ', ἐφ' οἷσπερ Ταλθύβιος ἤγγειλέ μοι
μὴ θιγγάνειν σῆς μηδέν' Ἀργείων κόρης;
ἡμεῖς μὲν οὖν ἐῶμεν οὐδὲ ψαύομεν,
σὺ δὲ σχολάζεις, ὥστε θαυμάζειν ἐμέ.
ἥκω δ' ἀποστελῶν σε.

Hecubaeque preces v. 894

τὸν δὲ τῆς νεοσφαγοῦς
Πολυξένης ἐπίσχες, Ἀγάμεμνον, τάφον,
ὡς τώδ' ἀδελφὼ πλησίον μιᾷ φλογί,
δισσὴ μέριμνα μητρί, κρυφθῆτον χθονί.

Ex Troasin autem vide Talthybii ῥῆσιν v. 1133—1155; ex qua praeter Andromachae mandatum Hecubam iubentis Astyanactem condere attendenda sunt quae narrat v. 1150

ἑνὸς μὲν οὖν μόχθου σ' ἀπαλλάξας ἔχω.
Σκαμανδρίους γὰρ τάσδε διαπερῶν ῥοὰς
ἔλουσα νεκρὸν κἀπένιψα τραύματα.

et Hecubae verba v. 1192—1202. Quod vero *pietas* ex *pie* efficimus, simul cum sententia metro consulitur: continui enim numeri oriuntur pentametri trochaici, a quo genere versuum non abstinuisse Ennium dandum videtur non Bergkii rationibus, quas Ribbeckius exagitavit, sed exemplis certis qualia sunt haec ex Hectoris lytris

at ego, omnipotens, te exposco, ut hoc consilium Achivis auxili fuat.

*

per vos et vostrum imperium et fidem, Myrmidonum vigiles, commiserescite;

in quibus nihil est quod non emendando depravetur*); ut nos acquiescere hac

*) Versum alterum tetigimus in praef. ind. a. MDCCCLXXXV; in primo nec hiatus qui est in verbis *at ego omnipotens* culpatur iure, et ad *omnipotens* nec *pater* nec *Iuppiter*

forma malimus quam ad operosa criticorum molimina, quibus eam evitare student, confugere.

---

addendum fuisse, vel Vergilii exempla probant (Aen. 4, 220; 10, 615). Ceterum ne incogitantiae insimulemur, non nos fugit, segregatis verbis *o pie* vel *o pietas* quae restant octonarii iambici mensuram recipere, quam habet versus quem cum hoc in eadem oratione locum habuisse diximus: *neque terram iniicere* etc. Sed de pentametris istis nos ita censemus cum Bentleio, singulares eos hic illic alienis metris immixtos fuisse. De aliis quae huc pertinent quoniam brevi dici non potest dicemus alibi cum videbitur.

Scr. m. Aprili a. MDCCCLXXXVIII.

LECTIONES.

I. ORDINIS THEOLOGICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

A. Dillmann, Dr.

I. Publice apparatum criticum Veteris Testamenti exponet d. Sat. h. IX-X.

II. Privatim 1) introductionem in Veteris Testamenti libros canonicos et apocryphos tradet quinquies p. hebd. h. IX-X; 2) librum Isaiae interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI.

H. de Goltz, Dr.

I. Privatim theologiae dogmaticae partem fundamentalem docebit quinquies p. hebd. h. VIII-IX.

II. Privatissime et gratis disputationes ad theologiam dogmaticam pertinentes moderabitur d. Iov. h. VI-VIII.

I. Kaftan, Dr.

I. Publice epistolam Pauli ad Galatas datam interpretabitur d. Iov. h. XI-XII.

II. Privatim 1) ethicen christianam exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) theologiam symbolicam tradet d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. X-XI.

III. Privatissime et gratis societatem theologiae systematicae dicatam moderabitur d. Merc. h. VI-VIII.

P. Kleinert, Dr.

I. Privatim 1) Geneseos librum interpretabitur d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI; 2) homileticen et catecheticen docebit d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. XI-XII.

II. Privatissime et gratis disputationes ad theologiam practicam pertinentes moderabitur d. Sat. h. VII-IX vesp.

O. Pfleiderer, Dr.

Privatim 1) dogmatices Christianae partem posteriorem exponet quinis diebus p. hebd. h. XI-XII; 2) Pauli epistolam ad Romanos scriptam interpretabitur d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I.

F. L. Steinmeyer, Dr.

I. Privatim systema theologiae practicae docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. III-IV.

II. Privatissime et gratis colloquia de formandis concionibus sacris offert hor. def.

B. Weiss, Dr.

I. Publice originem trium synopticorum quae dicuntur evangeliorum enarrabit d. Merc. h. XII-I.

II. Privatim 1) introductionem historicam criticam in libros Novi Testamenti tradet quotidie exc. d. Iov. h. XI-XII; 2) tria synoptica quae dicuntur evangelia interpretabitur d. Lun. Mart. Ven. Sat. h. XII-I.

B. Brveckner, Dr., Prof. honorarius.

Lectiones non habebit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

S. M. Devtsch, Lic.

I. Privatim historiae ecclesiasticae partem secundam tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderabitur d. Merc. h. V-VII.

S. Lommatzsch, Dr.

I. Publice de Lutheri vita et doctrina disseret d. Lun. h. XII-I.

II. Privatim 1) historiam dogmatum christianorum explicabit d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XI-XII; 2) evangelium Iohannis interpretabitur d. Mart. Merc. Ven. Sat. h. XII-I.

F. Piper, Dr.

I. Privatim epigraphicen antiquitatis christianae cum exercitationibus epigraphicis tractabit d. Mart. Ven. h. II-III.

II. Privatissime et gratis historiam ecclesiae monumentalem iunctis exercitationibus in museo christiano docebit d. Lun. Iov. h. XII-I.

H. L. Strack, Dr.

I. Publice Mischnae tractatum Pirqê Aboth explicabit d. Iov. h. XII-I.

II. Privatim 1) Psalmos interpretabitur quater p. hebd. h. IX-X; 2) Iesaiae vaticinia interpretabitur quinquies p. hebd. h. X-XI; 3) grammaticam linguae Hebraicae docebit d. Lun. h. III-V.

III. Privatissime et gratis exercitationibus instituti Iudaici sueto more praeerit d. Iov. h. XI-XII.

3. *Privatim docentium.*

A. Ivelicher, Lic.

Privatim historiae ecclesiasticae partem tertiam tradet quinquies p. hebd. h. IX-X.

C. H. Chr. Plath, Lic.

I. Gratis relationes quae sunt inter Iudaeos et Christianos exponet d. Ven. h. V-VI.

II. Privatim universalem religionum historiam tradet d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV-V.

III. Privatissime et gratis Tertulliani apologeticum tractabit d. Iov. h. V-VI.

G. A. G. Rvnze, Lic.

Privatim christianam de reconciliatione et iustificatione doctrinam tradet binis p. hebd. scholis h. VI-VII.

II. ORDINIS IVRIDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

A. F. Berner, Dr.

Privatim 1) ius naturae seu philosophiam iuris d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius criminale ad librum suum „Lehrbuch des Deutschen Strafrechts, 15. vermehrte und verbesserte Auflage, 1888" d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 3) processum criminalem d. Merc. et Sat. h. X-XII docebit.

G. Beseler, Dr.

Privatissime et gratis in seminario iuris Germanici de legibus in territoriis Germanicis conditis disseret adiunctis exercitationibus d. Sat. h. VI-VII.

H. Brvnner, Dr.

I. Privatim 1) historiam imperii et iuris Germanici d. Merc. et Sat. h. XI-I; 2) ius commerciorum nec non ius maritimum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.

II. Privatissime et gratis in seminario iuris Germanici sodales in interpretandis fontibus iuris aevi Francici exercebit d. Lun. h. XI-XII.

H. Dernbvrg, Dr.

I. Privatim 1) ius pandectarum quotidie h. IX-XI; 2) ius commune Borussicum d. Lun. et Iov. h. IV-VI docebit.

II. Privatissime et gratis exercitationes in seminarii iuridici sectione Romana moderabitur d. Merc. h. IV-VI.

E. Eck, Dr.

I. Publice casus selectos iuris civilis tractabit d. Merc. h. V-VI.

II. Privatim 1) institutiones iuris Romani tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) historiam iuris Romani enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 3) ius hereditarium Romanum docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

O. Gierke, Dr.

I. Publice de codice iuris Germanici civilis nuper proposito disseret d. Ven. h. VI-VII.

II. Privatim 1) ius Germanicum privatum cum iure feudali docebit novam iuris civilis formam propositam respiciens quotidie h. IX-X et d. Merc. et Sat. h. X-XI; 2) ius publicum universale et Germanicum tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

H. R. de Gneist, Dr.

I. Publice de administrationis publicae reformatione in Borussia aget d. Ven. h. XII-I.

II. Privatim docebit 1) ius publicum Germaniae d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius publicum Borussiae cum iure administrationis d. Lun. Mart. Iov. h. XII-I; 3) processum civilem Germanicum d. Merc. et Sat. h. XI-I.

L. Goldschmidt, Dr.

I. Publice de iure cambiali disseret d. Merc. h. I-II.

II. Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius commerciorum nec non ius maritimum d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII-I docebit.

III. Privatissime et gratis exercitationes ad historiam et praxin iuris commerciorum (maritimi, cambialis) spectantes instituet d. Lun. h. VI-VIII.

F. C. P. Hinschivs, Dr.

I. Privatim 1) processum civilem secundum leges iudiciarias imperii Germanici ratione habita processus communis d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius civile Borussicum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 3) ius ecclesiasticum catholicorum et protestantium d. Merc. Sat. h. XI-I docebit.

II. Privatissime et gratis 1) exercitationes iuris ecclesiastici d. Merc. h. VI½-VIII; 2) exercitationes canonicas in seminario iuridico moderabitur hor. defin.

B. Hvebler, Dr.

I. Publice de iure belli aget d. Ven. h. XII-I.

II. Privatim 1) ius ecclesiasticum catholicorum et protestantium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) ius gentium d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 3) ius publicum Germanicum et Borussicum d. Merc. et Sat. h. XI-I docebit.

F. Kohler, Dr.

I. Privatim 1) ius criminale d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) processum criminalem d. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit; 3) processum civilem disputationibus explicabit nec non processum extraordinarium et ius quod attinet ad concursum docebit d. Mart. h. IV-VI; 4) ius criminale disputationibus explicabit d. Merc. h. IV-VI; 5) ius civile nec non ius commerciorum disputationibus explicabit d. Ven. h. IV-VI.

II. Privatissime et gratis exercitationes iuris ethnologici moderabitur hor. defin.

A. Pernice, Dr.

I. Privatim pandectas docebit quotidie h. IX-XI.

II. Privatissime et gratis exercitationes iuris Romani in seminario iuridico moderabitur d. Merc. h. VI-VIII.

L. K. Ægidi, Dr., Prof. honorarius.

I. Publice 1) institutiones iuris publici d. Merc. h. XI-XII; 2) ius matrimoniale d. Sat. h. XI-XII tradet.

II. Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iuris d. Merc. et Sat. h. IX-XI; 2) ius ecclesiasticum evangelicorum et catholicorum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 3) ius inter gentes d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I docebit.

A. Stœlzel, Dr., Prof. honorarius.

Scholas non habebit.

2. *Professorum extraordinariorum.*

C. Bernstein, Dr.

I. Publice ius familiae Romanum exponet d. Merc. h. XII-I.

II. Privatim ius hereditarium Romanum docebit d. Merc. et Sat. h. IV-VI.

C. Cosack, Dr.

I. Publice de iure concursus et subhastationum disseret d. Ven. h. V-VI.

II. Privatim ius Germanicum privatum ratione habita codicis legum nuper propositi d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-XI docebit.

L. de Cvny, Dr.

Publice ius obligationum Francogallicum et Rhenanum d. Sat. h. IX-X tradet.

O. Dambach, Dr.

I. Publice historiam iuris criminalis tradet d. Sat. h. V-VI.

II. Privatim 1) ius criminale d. Merc. Sat. h. IV-VI; 2) processum criminalem d. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 3) ius gentium d. Mart. Iov. Ven. h. X-

XI; 4) ius publicum Germanicum et Borussicum cum iure administrationis publicae d. Mart. Ven. h. IV-VI docebit.

E. T. Rvbo, Dr.

I. Publice de ordine iudiciorum publicorum Germaniae disseret d. Ven. h. VI-VII.

II. Privatim 1) processum criminalem d. Merc. h. IX-XI, d. Sat. h. IX-X; 2) ius criminale d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. I-II; 3) processum civilem d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 4) ius gentium d. Merc. h. IV-VI, d. Ven. h. V-VI docebit.

3. *Privatim docentium.*

C. Bornhak, Dr.

I. Gratis ius coloniarum Germaniae exponet d. Sat. h. VI-VII.

II. Privatim ius publicum Germaniae docebit d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

III. Privatissime et gratis exercitationes iuris administrativi instituet d. Sat. h. V-VI.

F. Endemann, Dr.

I. Gratis casus selectos iuris civilis disceptabit d. Mart. h. V-VI.

II. Privatim ius hereditarium Romanum ratione habita codicis iuris Germanici civilis nuper propositi tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

O. Gradenwitz, Dr.

I. Gratis processum civilem Romanum docebit d. Merc. h. XII-I.

II. Privatim 1) institutiones iuris Romani tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) selecta pandectarum capita disputationibus explicabit d. Mart. et Ven. h. IV-VI.

L. Iacobi, Dr.

I. Privatim 1) processum civilem exponet d. Merc. et Sat. h. IX-XI; 2) exercitationes practicas processus civilis instituet d. Mart. h. IV-VI; 3) exercitationes practicas iuris civilis tam Romani quam communis moderabitur d. Ven. h. IV-VI.

II. Privatissime et gratis exercitationes in explicandis digestis instituet d. Lun. h. VII-VIII.

K. Zevmer, Dr.

I. Gratis speculum Saxonicum interpretabitur d. Merc. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis in seminario iuris Germanici exercitationes de fontibus iuris Wisigothorum moderabitur d. Mart. h. VI-VIII.

III. ORDINIS MEDICI.

1. *Professorum ordinariorum.*

H. A. Bardeleben, Dr.

Privatim 1) chirurgiam demonstrationibus illustratam docebit sexies p. hebd. h. XI-XII; 2) clinicen chirurgicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur sexies p. hebd. h. IX½-XI.

E. de Bergmann, Dr.

Privatim clinicen chirurgicam in nosocómio Regio universitatis clinico moderabitur sexies p. hebd. h. II-IV.

Æ. du Bois-Reymond, Dr.

I. Publice de repertis quibusdam physicis recentioris aetatis disseret d. Lun. h. VI-VII.

II. Privatim alteram physiologiae partem experimentis illustrabit d. Mart. Ven. h. IX-X, d. Merc. Sat. h. IX-XI.

III. Privatissime in instituto physiologico quaestiones physiologicas investigantibus praesto erit.

C. Gerhardt, Dr.

I. Publice de therapia locali morborum internorum disseret bis p. hebd. h. V-VI.

II. Privatim clinicen medicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur sexies p. hebd. h. VIII-IX½.

A. Gvsserow, Dr.

I. Publice de ovariorum morbis semel p. hebd. disseret hor. def.

II. Privatim 1) artem obstetriciam docebit d. Merc. Ven. Sat. h. IV-V; 2) clinicen obstetriciam et gynaecologicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur sexies p. hebd. h. III-IV.

O. Hertwig, Dr.

I. Publice doctrinam generationis d. Merc. h. III-IV tradet.

II. Privatim anatomiam comparatam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI docebit.

III. Privatissime exercitationes embryologicas instituet d. Sat. h. XI-II.

A. Hirsch, Dr.

Privatim 1) historiam universalem artis medicae enarrabit d. Lun. Mart. Iov. h. IV-V; 2) pathologiam et therapiam specialem docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. V-VI.

R. Koch, Dr.
I. Privatim 1) hygienes partem primam docebit d. Mart. Iov. Sat. h. VI-VII; 2) cursum vaccinationis adiunctis exercitationibus practicis hor. def. instituet.
II. Privatissime exercitationes practicas in laboratorio hygienico moderabitur quotidie hor. def.

E. Leyden, Dr.
I. Publice diagnosticen medicam docebit bis p. hebd. h. XII-I.
II. Privatim clinicen medicam in nosocomio Caritatis Regio moderabitur sexies p. hebd. h. XI-XII.

M. E. O. Liebreich, Dr.
I. Publice de remediis recentioribus disseret d. Merc. h. IV-V.
II. Privatim 1) materiam medicam et artem formulas scribendi docebit cum experimentis d. Lun. Mart. Iov. h. IV-V; exercitationes practicas habebit d. Iov. h. III-IV, vel d. Ven. h. IV-V sive h. V-VI; 2) exercitationes toxicologicas d. Merc. h. I-II in instituto pharmacologico habebit.
III. Privatissime exercitationes pharmacologicas in laboratorio instituti pharmacologici moderabitur quotidie h. IX-III.

R. Olshavsen, Dr.
I. Publice de morbis uteri aget semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim clinicen obstetriciam et gynaecologicam moderabitur quotidie h. X-XI.

C. Schweigger, Dr.
I. Publice de ophthalmoscopio disseret d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim clinicen ophthalmiatricam in nosocomio Regio universitatis clinico moderabitur quinquies p. hebd. h. XII-I.

R. Virchow, Dr.
I. Privatim pathologiam et therapiam generalem anatomia pathologica generali adiuncta tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. I-II.
II. Privatissime instituet 1) cursum anatomes et microscopiae pathologicae demonstrationibus illustratae nec non artis cadavera morbosa rite secandi d. Lun. Merc. Sat. h. VIII-X; 2) cursum histologiae pathologicae practicum d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-X, vel si libet h. X-XII.

G. Waldeyer, Dr.
I. Publice neurologiam tradet d. Ven. h. I-III.
II. Privatim 1) anatomiam corporis humani exponet novies p. hebd. quotidie h. VIII-IX et d. Lun. Mart. Merc. h. I-II; 2) exercitationes anatomicas moderabitur quotidie h. IX-V.

C. Westphal, Dr.
Privatim clinicen morborum animi et systematis nervosi in nosocomio Caritatis Regio moderabitur d. Lun. Iov. Sat. h. XII-I½.

G. A. de Laver, Dr., Prof. honorarius.
Lectiones non habebit.

E. Rose, Dr., Prof. honorarius.
I. Privatim chirurgiam et akiurgiam generalem docebit d. Mart. Iov. Ven. Sat. h. VI-VII vesp.
II. Privatissime et gratis colloquia chirurgica instituet d. Lun. h. VII½-IX vesp.

2. *Professorum extraordinariorum.*

M. Bernhardt, Dr.
I. Publice de morbis medullae spinalis disseret semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim cursum morborum systematis nervosi nec non electrodiagnostices et electrotherapiae adiunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis d. Mart. et Ven. h. VI-VII instituet.

F. Bvsch, Dr.
I. Publice chirurgiam generalem docebit d. Merc. h. X-XI.
II. Privatim 1) morborum dentium et oris primam partem explicabit d. Lun. Ven. Sat. h. X-XI; 2) policlinicen odontiatricam moderabitur quotidie h. XI-I.

C. A. Ewald, Dr.
I. Publice cursum practicum diagnoseos et therapiae medicae instituet d. Mart. et Ven. h. XII-I.
II. Privatim 1) de morbis ventriculi disseret d. Sat. h. V-VI; 2) de morbis tractus digestionis d. Lun. Merc. Ven. h. X-XI aget.

F. Falk, Dr.
I. Publice 1) capita selecta medicinae forensis d. Merc. h. VI-VII; 2) capita selecta politiae medicae d. Sat. h. VI-VII tractabit.
II. Privatim historiam medicinae ab antiquissimis temporibus usque ad initium saec. XIX docebit hor. def.

H. Fasbender, Dr.
I. Publice de sterilitate disseret d. Mart. h. IX-X.
II. Privatim artem obstetriciam adiunctis exercitationibus ad machinam instituendis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

B. Fræenkel, Dr.
I. Publice therapiam topicam organorum respirationis superiorum adiunctis demonstrationibus docebit d. Ven. h. XII-I.
II. Privatim policlinicen laryngo-rhinologicam adiunctis institutione et exercitationibus ad narium, pharyngis et laryngis explorationem et therapiam topicam pertinentibus moderabitur d. Lun. Merc. Sat. h. XII-I.
III. Privatissime exercitationes rhino-laryngologicas in usum eruditiorum in instituto universitatis policlinico instituet quotidie h. I-II.

O. Fræntzel, Dr.
I. Publice de morbis pulmonum demonstrationibus adiunctis disseret d. Lun. h. I-II.

II. Privatim auscultationis et percussionis ceterarumque explorandi methodorum artem exercitationibus adiunctis exponet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XII-I.

III. Privatissime laryngoscopiam cursu practico docebit d. Mart. et Ven. h. X-XI.

G. Fritsch, Dr.

I. Publice historiam naturalem animalium parasitorum praecipue hominis docebit d. Lun. h. I-II.

II. Privatim anatomiam comparatam animalium vertebratorum tradet quater p. hebd. hor. def.

III. Privatissime investigationes eruditiorum in laboratorio microscopico instituti physiologici moderabitur quotidie.

I. Gad, Dr.

I. Publice 1) loquelae physiologiam docebit semel p. hebd. hor. def.; 2) colloquia physiologica moderabitur hor. def.

II. Privatim 1) theses physiologiae fundamentales experimentis demonstrandi artem adiunctis exercitationibus in usu apparatuum physiologiae specialium tradet bis p. hebd. hor. def.; 2) disquisitiones ad physiologiam specialem pertinentes sexies p. hebd. reget.

E. Gvrlt, Dr.

I Privatim de ossium fracturis et luxationibus iunctis demonstrationibus disseret d. Mart. et Ven. h. III-IV.

II. Privatissime cursum operationum chirurgicarum in cadavere instituendarum offert sexies p. hebd. h. XII-II.

R. Hartmann, Dr.

I. Publice theoriam Darwinianam quae dicitur iunctis demonstrationibus exponet d. Ven. h. VI-VII.

II. Privatim de osteologia et syndesmologia humana d. Mart. et Ven. h. I-II disseret.

E. Henoch, Dr.

Privatim clinicen et policlinicen morborum infantium in nosocomio Caritatis Regio moderabitur, clinicen d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I, policlinicen quotidie h. I.

I. Hirschberg, Dr.

I. Publice de retinae functione et morbis disseret d. Ven. h. XII-I.

II. Privatim ophthalmologiam iunctis demonstrationibus et exercitationibus practicis docebit d. Mart. Merc. Iov. Sat. h. XII-I.

II. Iacobson, Dr.

I. Publice de morbis cordis et pulmonum demonstrationibus adiunctis disseret d. Lun. et Iov. h. II-III.

II. Privatissime exercitationes pathologicas experimentales hor. def. moderabitur.

A. Kossel, Dr.

I. Privatim chemiam medicam docebit d. Merc. et Sat. h. XII-I.

II. Privatissime 1) cursum practicum chemiae in usum medicinae studiosorum una cum Dr. Schotten moderabitur quinquies p. hebd. h. II-IV; 2) exercitationes chemicas in laboratorio instituti physiologici quinquies p. hebd. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II moderabitur.

E. Kvester, Dr.

I. Publice de morbis apparatus uropoetici disseret d. Iov. h. IV-V.

II. Privatim cursum institnet diagnoseos et therapiae chirurgicae d. Merc. et Sat. h. XI-I.

G. Lewin, Dr.

Privatim clinicen morborum syphiliticorum moderabitur d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. XII-I.

C. Liman, Dr.

Privatim 1) medicinam forensem studiosis iuris et medicinae accommodatam adiunctis demonstrationibus docebit d. Mart. et Ven. h. I-II; 2) cursum practicum forensem nec non exercitationes cadavera legaliter secandi instituet d. Lun. et Iov. h. I-III in instituto Regio medico-forensi.

A. Lvcæ, Dr.

Privatim otiatricen adiunctis exercitationibus clinicis et operationibus in nosocomio universitatis Regio docebit d. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

E. Mendel, Dr.

I. Publice 1) de imputabilitate cum demonstrationibus in usum medicinae et iuris studiosorum disseret d. Merc. h. VI-VII; 2) anatomiam cerebri ad usum physiologiae et pathologiae cerebri exponet d. Sat. h. VI-VII.

II. Privatim cursum morborum systematis nervosi et psychiatriae instituet d. Lun. Merc. Iov. Sat. h. V-VI.

III. Privatissime exercitationes microscopicas ad pathologiam cerebri et medullae spinalis pertinentes moderabitur quotidie.

H. Mvnk, Dr.

Privatim alteram physiologiae experimentalis partem (musculorum, nervorum, sensuum, generationis physiologiam) docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X.

E. Salkowski, Dr.

I. Publice de fermentis et solutis et animatis disseret d. Iov. h. X-XI.

II. Privatim chemiam medicam experimentis adiunctis tradet d. Merc. et Sat. h. X-XI.

III. Privatissime 1) cursum practicum chemiae medicae moderabitur sexies p. hebd. h. XI-I; 2) exercitationes in laboratorio chemico instituti pathologici instituet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-II.

H. Schœler, Dr.

I. Privatim historiam Ruthenorum inde a saeculo decimo sexto tractabit d. Lun. Merc. Ven. h. XI-XII.
II. Privatissime et gratis exercitationes historicas ad historiam Hansae Theutonicorum atque ordinis S. M. Theutonicorum pertinentes moderabitur.

C. Schotten, Dr.

I. Privatim 1) chemiam forensem docebit d. Mart. et Ven. h. VIII-IX; 2) cursum practicum chemiae medicae una cum Prof. Kossel moderabitur quater p. hebd. h. II-IV, d. Sat. h. XII-I.

A. F. W. Schvltz, Dr.

Privatim climatologiam medicam tradet d. Mart. et Ven. h. V-VI.

E. Schwan, Dr.

Privatim 1) historiam litterarum veterum Francogallicarum inde ab antiquissimis temporibus usque ad saeculum decimum sextum enarrabit d. Lun.

Mart. Iov. Ven. h. XII-I; 2) exercitationes Francogallicas moderabitur d. Lun. h. VI-VIII.

P. Seeliger, Dr.

Privatim embryologiam animalium comparativam docebit d. Mart. et Iov. h. X-XI.

G. Simmel, Dr.

I. Gratis Darwinii doctrinam quatenus ad philosophiam spectat exponet d. Mart. h. VI-VII.

II. Privatim 1) recentiora philosophorum placita interpretabitur d. Merc. Sat. h. X-XI; 2) capita selecta eius scientiae quam Socialwissenschaft vocamus tractabit d. Merc. Sat. h. XII-I.

C. A. Tenne, Dr.

I. Gratis exercitationes mineralogicas moderabitur una cum Prof. Dr. C. Klein et Dr. F. Rinne d. Sat. h. I-III.

II. Privatim de mineralibus saxa constituentibus disseret d. Lun. Merc. Ven. h. II-III.

A. Tschirch, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit itinere botanico impeditus.

S. Volkens, Dr.

Privatim elementa botanices docebit d. Mart. Ven. h. V-VI.

F. Wahnschaffe, Dr.

I. Gratis geologiam formationis diluvii praecipue Germaniae septentrionalis ratione habita docebit d. Iov. h. V-VI, cum excursionibus.

II. Privatim 1) geologiam generalem docebit d. Lun. Mart. Ven. h. X-XI; 2) de physica et chemica humi analysi aget d. Mart. h. V-VI; 3) exercitationes practicas in laboratorio pedologico academiae rerum montanarum (Invalidensstrasse 44) moderabitur d. Merc. et Sat. h. VIII-XI.

B. Weinstein, Dr.

I. Gratis magnetismum telluris eiusque mensuram tractabit d. Iov. h. IX-X.

II. Privatim dioptricen et catoptricen et theoriam instrumentorum opticorum docebit d. Mart. et Ven. h. IX-X.

C. Wesendonck, Dr.

Gratis theoriam elasticitatis corporum solidorum tractabit d. Lun. et Iov. h. XI-XII.

M. Westermaier, Dr.

I. Privatim elementa botanices generalis et specialis (systema, anatomiam et physiologiam plantarum) docebit d. Lun. Iov. h. IV-V.

II. Privatissime exercitationes microscopicas ad plantas officinales spectantes instituet d. Sat. h. I-III.

V. Wilcken, Dr.

I. Gratis palaeographiam Graecam antiquam adiunctis exercitationibus in museo Regio docebit d. Lun. et Iov. h. X-XI.

II. Privatim historiam Alexandri Magni enarrabit d. Merc. et Sat. h. X-XI.

W. Will, Dr.

I. Gratis capita selecta chemiae technicae tractabit d. Mart. h. V-VI.

II. Privatim historiam chemiae enarrabit d. Mart. et Ven. h. VIII-IX.

SCHOLAE LECTORVM LINGVAS RECENTIORES ET STENOGRAPHIAM DOCENTIVM.

I. L. Bashford, M. A. Cantab., Lector.

I. Privatim 1) syntaxin Anglicam bis p. hebd. hor. def. explicabit; 2) historiam literarum Anglicarum saeculo XIX sermone Anglico tractabit bis p. hebd. hor. def.

II. Privatissime et gratis in seminario Anglico exercitationes Anglicas instituet d. Merc. h. XI-I.

B. Bouvier, Lic., Lector.

I. Privatim 1) exercitationes Francogallice loquendi atque scribendi instituet bis p. hebd. hor. def.; 2) historiam litterarum Francogallicarum tempore scholae romanticae sermone Francogallico tractabit bis p. hebd. hor. def.

II. Privatissime et gratis in seminario Romanensi exercitationes Francogallicas moderabitur d. Sat. h. XI-I.

G. Michaelis, Dr. Lector stenographiae.

I. Publice 1) stenographiam Germanicam docebit accedentibus exercitationibus practicis d. Mart. et Ven. h. VI-VII; 2) physiologiam linguae docebit d. Lun. h. VI-VII.

II. Privatissima offert stenographica Germanica, Anglica, Gallica, Italica, Hispanica, Lusitana.

I. Rossi, Lector.

I. Privatim 1) grammaticam Italicam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) Ludovici Ariosti „Orlando Furioso" selectas particulas interpretabitur d. Mart. Ven. h. XI-XII; 3) syntaxin Italicam docebit atque exercitationes Italice scribendi et loquendi instituet d. Merc. Sat. h. XI-I.

II. Privatissime et gratis in seminario Romanensi exercitationes Italicas moderabitur d. Ven. h. IV-VI.

PVBLICA DOCTRINAE SVBSIDIA.

Bibliotheca universitatis (Dorotheenstrasse Nr. 9) itemque bibliotheca regis iis, qui libros in quovis genere optimos evolvere volent, quotidie patebit.

Observatorium, hortus botanicus, apparatus herbarius, institutum botanicum, institutum plantarum physiologiae destinatum (Invalidenstrasse Nr. 42), musea anatomicum, zootomicum, zoologicum, mineralogicum, instrumenta chirurgica, apparatus pharmacologicus, apparatus physicus, instituti regii chartographici copiae, apparatus archaeologicus, universitatis museum Christianum, museum artibus dicatum, imagines gypseae variaque artium opera etc. cum ad lectiones adhibebuntur tum aditus ad haec dabitur suo loco petentibus.

Seminarii theologici exercitationes eas, quae ad Vetus Testamentum interpretandum pertinent, moderabitur Dillmann; eas, quae ad Novum Testamentum pertinent, Weiss; historicis, h. e. ad historiam ecclesiae et dogmatum christianorum pertinentibus, qui praesit propediem indicabitur; seminarii practici theologici exercitationes homileticas moderabitur Kleinert, catecheticas Pfleiderer.

Seminarii iuridici exercitationibus praeerunt Dernbvrg, Hinschivs, Pernice; seminarii iuris Germanici exercitationes moderabuntur Beseler, Gierke, Zevmer.

Medicinae studiosis exercitandis inservient: theatrum anatomicum et museum anatomicum, institutum physiologicum, institutum pharmacologicum, clinica et policlinica tria in nosocomio universitatis (Ziegelstrasse Nr. 5—7), alterum chirurgicum, alterum ophthalmiatricum, tertium otiatricum, clinicum universitatis obstetricium (Artilleriestrasse Nr. 13—16) cum policlinico obstetricio; porro policlinicum medicum universitatis (Dorotheenstrasse Nr. 5), item in nosocomio Caritatis clinica medica duo, chirurgicum, psychiatricum et neuropathologicum, obstetricium cum policlinico, gynaecologicum cum policlinico, syphiliticis et infantibus curandis, morbis cutis destinata, institutum anatomiae et physiologiae pathologicae exercendis destinatum (in horto nosocomii Caritatis), institutum medicinae forensi docendae inserviens (in theatro anatomico), de quorum usu et rectoribus singillatim dictum suis locis est.

In seminario philologico Plauti Bacchides sodalibus interpretandas proponet VAHLEN d. Merc. h. X-XII; disputationibus praeerit idem d. Merc. h. XII-I; hymnos Homericos sodalibus interpretandos proponet KIRCHHOFF d. Sat. h. X-XII.

Seminarii Romanensis et Anglici exercitationibus praeerunt TOBLER et ZVPITZA.

Seminarii mathematici exercitationibus praeerunt FVCHS et KRONECKER d. Merc. h. V-VII.

Seminarii theoriae et arti computandi dicati exercitationibus praeerunt FOERSTER et TIETJEN d. Mart. et Ven. h. V½-VII.

Exercitationes societatis academicorum musicae moderabitur BELLERMANN d. Ven. h. VIII-X.

LECTIONES SEMINARII LINGVARVM ORIENTALIVM.

C. ANDREAS, Dr.

Publice 1) linguam Persicam in coetu tironum docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX, in coetu secundo d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) de moribus et institutis Persarum disseret d. Merc. Sat. h. IX-X; 3) exercitationes Persicas moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-VIII [in coetu tironum h. VI-VII, in coetu secundo h. VII-VIII].

C. ARENDT.

Publice 1) linguam Sinicam hodiernam in coetu tironum docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX; 2) linguam Sinicam hodiernam in coetu secundo in duobus ordinibus parallelis docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X et h. VI-VII; 3) historiam imperii Sinici recentissimam inde ab a. 1840 imprimis ratione foederum publicorum habita enarrabit d. Merc. h. VIII-IX et Sat. h. IX-X.

G. BVETTNER, Dr.

Publice 1) linguam Suahelicam in coetu tironum docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX, in coetu secundo d. Mart. Ven. h. VII-VIII; 2) geographiam Africae meridionalis et historiam explorationum docebit d. Merc. Sat. h. VIII-IX; 3) exercitationes Suahelicas moderabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VI-VII.

M. HARTMANN, Dr.

Publice 1) linguam Neoarabicam in coetu tironum docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-VII; 2) linguam Neoarabicam in coetu secundo in duobus ordinibus parallelis docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX et d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. IX-X; 3) de religione, moribus, institutis Muslimorum Syriae et Aegypti disseret d. Merc. h. IX-X, d. Sat. h. VIII-IX.

HASAN TAVFIK, Lector.

Publice exercitationes Neoarabicas (ad Aegypti dialectum pertinentes) moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-IX [in coetu secundo h. VI-VII½, in coetu tironum h. VII½-IX].

T. Inovyé, Lector.

Publice exercitationes Iaponicas moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-IX [in coetu secundo h. VI-VII½, in coetu tironum h. VII½-IX].

R. Lange, Dr.

Publice 1) linguam Iaponicam docebit, in coetu tironum d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX, in coetu secundo d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X; 2) historiam regni Iaponici aetatis recentioris enarrabit d. Merc. h. VIII-IX, d. Sat. h. IX-X.

Kvei Lin, Lector.

Publice exercitationes Sinicas (ad dialectum septentrionalem pertinentes) moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-IX [in coetu tironum h. VI-VII½, in coetu secundo h. VII½-IX].

I. I. Manissadjian, Lector.

Publice 1) linguam Turcicam in coetu tironum docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX, in coetu secundo d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) de moribus et institutis Turcarum disseret d. Merc. Sat. h. IX-X; 3) exercitationes Turcicas moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-VIII [in coetu secundo h. VI-VII, in coetu tironum h. VII-VIII].

A. Maarbes, Lector.

Publice exercitationes Neoarabicas (ad Syriae dialectum pertinentes) moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-VIII.

F. Rosen.

Publice 1) linguam Hindustanicam docebit in coetu tironum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX, in coetu secundo d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) de religione et moribus gentium, quae septentrionalem Indiae partem incolunt, disseret d. Merc. Sat. h. IX-X; 3) exercitationes Hindustanicas moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-VIII [in coetu secundo h. VI-VII, in coetu tironum h. VII-VIII].

Pan Fei Schin, Lector.

Publice exercitationes Sinicas (ad dialectum australem pertinentes) moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VI-IX [in coetu tironum h. VI-VII½, in coetu secundo h. VII½-IX].

ARTIVM EXERCITATIO.

Artem arma tractandi docebit Nevmann, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Artem saltandi docebit Freising, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Equitandi modos docebit Hildebrandt, artis equestris magister in Vniversitate constitutus.

N. 5

INDEX

LECTIONVM

QVAE

AVSPICIIS REGIS AVGVSTISSIMI

GVILELMI SECVNDI

IMPERATORIS GERMANICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA

FRIDERICA GVILELMA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A. D. XVI. M. OCTOBRIS A. MDCCCLXXXXII
AD D. XV. M. MARTII A. MDCCCLXXXXIII

HABEBVNTVR.

BEROLINI
IMPRESSIT GVSTAVVS SCHADE (OTTO FRANCKE).

12/93

VNIVERSITATIS LITTERARIAE

FRIDERICAE GVILELMAE

RECTOR ET SENATVS.

Lectiones academicas proximis mensibus hibernis habendas cum indicimus, ne desit ea quam praemitti moris est prolusio ex litteris petita olim communibus nunc paucorum gratia aegre sublevatis, Q. Ennii versus nonnullos singulares disceptare volumus, ex annalibus illos quidem oriundos sed de quorum sede quam obtinuerint in libris annalium nihil compertum est testimoniis. Iuvat enim periclitari numquid forte etiam in huius modi versibus cognosci possit de occasione qua in Ennii carmine elati fuerint. Quod genus disserendi non ignoramus suapte natura lubricum esse et in quo saepius operam ludas quam certi quicquam ratiocinando efficiatur. Neque tamen praetermitti omnino sine detrimento potest, si quis etiam disiecti membra poetae curare et concinnare animum inducat: nisi quod quo magis impeditum est iter quod necesse est insistatur eo maiore cautione utendum ne vagemur et vanis opinionibus rapiamur. Et nonnumquam vel illud nonnihil utilitatis habet intelligere, non quae fuerint sed quae fieri potuerint. Ut autem in hoc argumento ambiguitatis pleno probabilia sectemur, asciscenda quidem sunt etiam aliunde si qua similitudinem quandam cum versibus Ennii prae se ferre videantur, sed inprimis quam accuratissime ipsa Ennianae orationis forma expendenda est, ex ea ut si forte auguremur, quo fere tenore versus in continuo carmine haberi potuerint: in qua re qui nuper et qui olim Ennianorum carminum reliquiis colligendis et explicandis curam impenderunt, non ita raro a vera ratione aberrarunt cum eas esse sententias poetae volunt quae cum verbis eius conciliari non possunt. Itaque redit haec opera maxime ad interpretandi negotium, et ad interpretandos quidem hos versus quos tractamus aliquid conferre nobis videmur, etiamsi fortasse non contigerit ut eorum locum et occasionem certius definiremus.

1. Incipimus a versu (549)

Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.

Uni Prisciano versus Ennii quem dicit acceptus fertur: quo is usus est ut 'necatum ferro, nectum vero alia vi peremptum' dici confirmaret. Praeterea nihil edocemur a grammatico: et Ennii editores, Columna et qui Columnae opus renovandum curavit Hesselius, item Baehrensius, nihil de loco versiculi coniectantes, ad incerta annalium rettulerunt. Novissime vero qui totum Ennium edendum sibi sumpsit, in quarto annali versum posuit fidenter, quem in adiectis commentariis adnotavit potuisse 'dici de Gallis Capitolium obsidentibus' coll. Liv. 5, 48: quamquam ibidem 'eis etiam alibi locum esse potuisse' conceditur 'veluti in Marcelli obsidione Syracusarum, quando simili pestilentia Poeni sint afflicti' coll. Liv. 25, 26. Liviana quae attulit qui inspexerit, intelliget utroque loco sed magis altero de pestilentia quidem agi ad belli mala accedente, sed aegre quicquam offendet quod declarandae Ennianae orationis proprietati inserviat. Haec enim quae Ennius dicit *Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis* non tam narrationem rerum gestarum sapere dicas quam nescio quo consilio universam quandam rerum condicionem designare. Peritius ut saepe Paulus Merula hanc rem disputavit qui versum, in quo *duelli* vel *duello* scribi maluit, hoc sane prave, libro decimo sexto annalium attribuit propterea quod putabat haec quae Ennius dicit posse lucem accipere ex iis quae sunt apud Livium lib. 40, 19, 7 (a. u. 573 P. Cornelio Lentulo M. Baebio Tamphilo coss.) *pestilentiae tanta vis erat ut cum propter defectionem Corsorum bellumque ab Iliensibus concitatum in Sardinia octo milia peditum ex sociis Latini nominis placuisset scribi et trecentos equites, quos M. Pinarius praetor secum in Sardiniam traiiceret, tantum hominum demortuum esse, tantum ubique aegrorum consules renuntiaverint, ut is numerus effici militum non potuerit.* Itaque sic existimabat Ennii verba 'vel poetae vel Romanorum vel denique sociorum qui novum militum delectum detrectabant querelae esse multos superioribus bellis necatos, nectos vero peste infinitos.' Addidit alia, ut luxuriari saepe coniectando solebat, quibus in hoc explicando versu uti liceat, velut ea quae ab Augustino de civitate dei 3 c. 17 (et post eum ab Orosio 4, 2, 1) de a. u. 478 narrantur *in tanta strage bellorum etiam pestilentia gravis exorta est mulierum* e. q. s., aut quae Livius in septimo c. 1. a. u. 389 *L. Genucio et Q. Servilio consulibus, et ab seditione et a bello quietis rebus, ne quando a metu ac periculis vacarent, pestilentia ingens orta.* Quorum haec manifestum est ab Ennio aliena esse, illa nihil certe habent quod cum versu nostro conferatur nisi quod in strage bellica etiam pestilentia orta dicitur. Sed illud quod Merula primo loco posuit quodque in digerendis reliquiis secutus est haud inscite excogitatum est et inprimis subtiliter intellexit posse Ennii verba non narrantis poetae sed eius esse qui his duabus causis in excusando vel detrectando usus fuerit cum diceret partem hominum bello perisse, partem autem alteram morbo esse absumptam. Verum tamen in ipsa Livii narratione qua haec opinio nititur ista duplex ratio inopiae hominum non affertur sed haec quae scribit

tantum hominum demortuum esse, tantum ubique aegrorum ad unam pestilentiam extollendam pertinent. Itaque non acquiescemus hac Merulae explicatione; sed eo quod verum est in ea usi dum circumspicimus num qua forte inveniantur quae accuratius Enniani versus formam recipiant, incidimus in talia quale hoc est apud eundem Livium lib. 37, 46, 9 (a. u. 564) *ex Gallia legatos Placentinorum et Cremonensium L. Aurunculeius praetor in senatum introduxit: iis querentibus inopiam colonorum, aliis belli casibus, aliis morbo absumptis, quosdam taedio accolarum Gallorum reliquisse colonias, decrevit senatus, uti C. Laelius consul, si ei videretur, septem milia familiarum conscriberet quae in eas colonias dividerentur.* Haec gesta sunt paulo post quam M' Acilius triumphum de Aetolia egit; poterantque ab Ennio referri in annali decimo quarto. Qui si revera legatos de colonorum inopia conquerentes induxerat, eorum orationem egregie decebant verba *Hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.* Sed ne uno allato exemplo defuncti videamur, sunt alia in promptu ad hanc rem quam agimus non minus accommodata. Non illa dicimus quae sunt apud Livium lib. 3, 7, 6 *haud minor Romae fit morbo strages quam quanta ferro sociorum facta erat* (cf. 7, 8), quamquam ne haec quidem sine consilio afferimus; sed quae 2, 35, 8 Marcius Coriolanus et Attius Tullius Volscus inter se agitavisse dicuntur *multis saepe bellis, pestilentia postremo amissa iuventute fractos spiritus esse; arte agendum in exoleto iam vetustate odio, ut recenti aliqua ira exacerbarentur animi**); aut quae 27, 9, 3 (a. u. 545) a militibus in Siciliam transportatis, quorum pars maior Latini nominis sociorumque erat, in conciliis fremebantur, *decimum annum dilectibus, stipendiis se exhaustos esse; quotannis ferme clade magna pugnare; alios in acie occidi, alios morbo absumi; magis perire sibi civem, qui ab Romano miles lectus sit quam qui ab Poeno captus: quippe ab hoste gratis remitti in patriam, ab Romanis extra Italiam in exsilium verius quam in militiam ablegari*, haec vere ita comparata sunt ut Ennianae sententiae peraptum aperire locum possint. Itaque ineptas quidem criticorum opiniones aspernari licebit, sed tamen versum ipsum, cuius non unam sed plures occasiones ostendimus pari paene iure probabiles, non uni libro certo attribuemus sed in incertis ferre pergemus. Nec vero erit, opinamur, qui haec a nobis inutiliter esse composita arguat, quibus natura tamen Ennianae sententiae aestimari recte potuerit. Quisquis enim fuit qui haec dixerit, ex oratione ea sumpta esse et qua mente in ea oratione elata fuerint iam liquido apparet.

2. Secundus nobis esto versus (458)

Nobis unde forent fructus vitaeque propagmen;

quem Nonius, qui solus est eius auctor, bis attulit (64, 32 et 221, 9) levibus quidem maculis aspersum sed ut vera et primitiva forma versus ambigua esse non possit.

*) Non inutiliter comparabuntur etiam haec quae Plutarchus habet in vita Coriolani c. 13, 2. εἶτα ὥσπερ οὐκ ἀρκουμένους τοὺς μὲν ὑπὸ λιμοῦ διολλύναι τῶν πολιτῶν τοὺς δὲ λοιμῷ προσβάλλειν, ἔτι καὶ πόλεμον αὐθαίρετον ἐπάγειν.

Nam nos ne nunc quidem *propagmen*, cuius loco novissimi Ennii editores *propagen* edi maluerunt, abiiciendum putamus, quod et Nonii librorum indiciis firmatur nec destituitur ratione, quam Lachmannus (ad Lucr. 6, 613 p. 382 s.) congestis complu- ribus eius formae nominibus declaravit. De sententia et sede versus nec Columna, qui mirifice in eo alucinatus est, quicquam probabile attulit nec nuperi editores, qui versum in incertis annalium recensent de loco securi. Unus Merula de hoc quoque versu protulit non indignum quod perpendatur; quem ille annalium quarto adscriptum L. Quinctii Cincinnati verba ab aratro ad suscipiendam dictaturam vocati (a. u. 296) referre coniecit. Qua in re Livium, quem non nominat, auctorem sequitur; cuius verba cum libertate quadam ad suam opinionem stabiliendam convertit. Livius autem, cuius verba plene adscribenda duximus, haec 3, 26, 7 tradit. *Operae pretium est audire, qui omnia prae divitiis humana spernunt neque honori magno locum neque virtuti putant esse nisi ubi effuse affluant opes*): spes unica imperii populi Romani, L. Quinctius, trans Tiberim contra eum ipsum locum, ubi nunc navalia sunt, quattuor iugerum colebat agrum, quae prata Quinctia vocantur. Ibi ab legatis, seu fossam fodiens palae innixus seu cum araret, operi certe, id quod constat, agresti intentus, salute data in vicem redditaque, rogatus, ut quod bene verteret ipsi reique publicae togatus mandata senatus audiret, admiratus rogitansque 'Satin' salve' togam propere e tugurio proferre uxorem Raciliam iubet; qua simul, absterso pulvere ac sudore, velatus processit, dictatorem eum legati gratulantes consalutant, in urbem vocant . . . transvectum excipiunt.* Haec Livius, in quibus tamen nihil est quod Ennianae sententiae simulacrum prodat. Et Merula cum Quinctio huiusmodi responsum dedit, 'obticet paulisper ac demum ecfusis lacrumis "Ergo inquit hoc anno agellus non seretur, *Nobis unde forent fructus vitaeque propagmen* et de vita periclitabimur?" Livianis haec affinxit de suo**) orationemque formavit recepta Enniani versus sententia nec per se probabilem nec satis ad hunc usum accommodatam. Neque tamen Merulae de Cincinnato opinionem relinquendam ducimus sed eam curiosius explicatam vindicare studebimus. Proficiscimur autem a condicionali orationis forma, quam *forent* ostendit;

*) Non omittimus adnotare huic exordio, cui quasi exempli causa illa de Cincinnato dictatore creato subiiciuntur, plane similem esse sententiam qua Dionysius 10, 17 p. 28, 1 K. suam de consule Cincinnato narrationem concludit: *ταῦτα δὲ οὐχ ἑτέρου τινὸς χάριν εἰπεῖν προήχθην, ἀλλ' ἵνα φανερὸν γένηται πᾶσιν, οἷοι τότε ἦσαν οἱ τῆς Ῥωμαίων πόλεως προεστηκότες, ὡς αὐτουργοὶ καὶ σώφρονες καὶ πενίαν δικαίαν οὐ βαρυνόμενοι καὶ βασιλικὰς οὐ διώκοντες ἐξουσίας, ἀλλὰ καὶ διδομένας ἀναινόμενοι· φανήσονται γὰρ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐοικότες ἐκείνοις οἱ νῦν, ἀλλὰ τἀναντία πάντα ἐπιτηδεύοντες, πλὴν πάνυ ὀλίγων, δι' οὓς ἕστηκεν ἔτι τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα καὶ τὸ σώζειν τὴν πρὸς ἐκείνους τοὺς ἄνδρας ὁμοιότητα.* Quodsi quid hariolationi largiri licet, possis cum Ennii quoque Cincinnato quem credimus suspicari aliquid moratae orationis coniunctum fuisse eique exordii loco praemissos versus

Audire est operae pretium procedere recte
Qui rem Romanam Latiumque augescere vultis.

**) Nisi quod in quibusdam Dionysii memor videtur sed eorum quae Dionysius refert de consule Cincinnato.

quae sententiam in hunc fere modum conceptam fuisse indicio est: 'hoc ego si facere vellem, unde nobis fructus forent?' Quae est interrogatio negantis se id facere velle quod iubetur, sed negantis cum excusatione. Sic relabimur ad agellum quem Quinctius sua manu colere solebat ac tum colebat cum a legatis Romanis ad dictaturam vocatus est. Quam ille repudiare coepit cum ita diceret 'Hunc ego agellum si relinquere vellem incultum, unde nobis fructus et vitae propagatio foret?' Sic demum orationis formae satis fieri videtur. In qua suscitanda sententia cum Livio auctore uti non liceat, ne merae fingendi libidini indulgeamus, ad alterum confugimus auctorem Livio non deteriorem. Dionysius enim Halicarnassensis cum fabulam de Cincinnato dictatore rustico in summa rei cum Livio conspirans referat 10, 24 p. 37 K. haec tradit de Quinctio *ὁ δὲ μαθὼν ὅτι δικτάτωρ ἀποδέδεικται τῆς πόλεως οὐχ ὅπως ἠγάπησε τηλικαύτης τιμῆς τυχών, ἀλλὰ προσαγανακτήσας εἶπεν· Ἀπολεῖται ἄρα καὶ τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ καρπὸς διὰ τὰς ἐμὰς ἀσχολίας, καὶ πεινήσομεν ἅπαντες κακῶς.* Quae sunt sane valde similia verbis Ennianis. Atqui si quis quaerat, quid Dionysius ad Ennium, nihil sane, respondebimus, nisi quod quae Dionysius Quinctium locutum fingit, iis comparia eundem apud Ennium loqui potuisse incredibile non est. Sed Dionysius, ut rursus copia magis rerum quam inopia laboremus, alteram non dissimilem in eodem Cincinnato Ennianae sententiae occasionem affert. Quem consulem surrogatum paucis annis ante a. u. 294 item ab opere rustico arcessitum narrat, cuius fabulae a Livio (3, 19) praetermissae Dionysius etiam postea memor erat cum Cincinnatum dictatorem ita respondentem faciebat *ἀπολεῖται ἄρα καὶ τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ καρπός.* Sed de consule creato haec scribit 10, 17 p. 27 K. *. . . ἡ βουλὴ δὲ ἔπεμπε τοὺς παραληψομένους τὸν ὕπατον καὶ ἄξοντας ἐπὶ τὴν ἀρχήν. ἔτυχε δὲ τηνικαῦτα ὁ Κοίντιος ἄρουράν τινα ὑπεργαζόμενος εἰς σποράν, αὐτὸς ἀκολουθῶν τοῖς σχίζουσι τὴν νειὸν βοιδίοις ἀχίτων, περιζωμάτιον ἔχων καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ πῖλον. ἰδὼν δὲ πλῆθος ἀνθρώπων εἰς τὸ χωρίον εἰσιόντων τό τε ἄροτρον ἐπέσχε καὶ πολὺν ἠπόρει χρόνον, οἵτινές τε εἶεν καὶ τίνος δεόμενοι πρὸς αὐτὸν ἥκοιεν . . . ἠσπάσαντό τε ἅπαντες οὐκ ἐκ τοῦ ὀνόματος ἀλλὰ ὕπατον καὶ . . . ἀκολουθεῖν εἰς τὴν πόλιν ἠξίουν. κἀκεῖνος μικρὸν ἐπισχὼν καὶ διαδακρύσας τοσοῦτον εἶπεν· Ἄσπορον ἄρα μοι τὸ χωρίον ἔσται τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν, καὶ κινδυνεύσομεν οὐχ ἕξειν πόθεν διατραφῶμεν.* Itaque optio est Ennianam orationem consuli velimus an dictatori tribuere: nam a Cincinnato omnino ut segregetur non videmus quid suadeat. Quae enim de Regulo similia feruntur, in iis, nisi quid nos fugit, nihil est, quod propius ad Ennianae sententiae colorem accedat. Quamobrem hunc versum non temere agere videatur qui ex incertis sublatum suo loco hoc est in quarto annalium libro reponi iubeat.

3. Apud Festum p. 376 M. 574, 1 Thewr. haec leguntur: *[venenari dice]bant antiqui cuius color inficiendo mutatur, ut Ennius cum ait*

Cum illud quo iam semel est imbuta veneno.

Vetusti Ennii interpretes *veneni* quidem et *venenandi* vim pluribus declararunt, sed in versu, quem in incertis annalium ferunt, quae tum erat verecundia, nihil temptarunt.

Ex recentioribus qui *Cupa illud* reposuit Odofredus Muellerus, cum hiatum tolleret, illud non satis attendit, non de odore agi sed de colore neque in ea sententia cupae locum esse sed lanae vel vesti. Id qui intellexit Th. Bergkius (in libello academico a. 1863. Opp. 1 p. 315) cum meminisset *conchyli colorem, conchyli fucum* dici apud Lucretium et Catullum, nulla verecundia prohibente, hanc scripturam doctis hominibus propinavit. *Concili ut quom lana semĕl imbuta veneno est* h. e. ut cum lana semel conchyli veneno imbuta est. Qua in emendatione ambiguum est utrum magis admirere, inconsultamne audaciam, quam multi sagacitatem habent, quae hoc effecit, paene nulla vox ut intacta suo loco maneret, an singularem levitatem qua *semĕl* ultro in versum invectum et *est* temere traiectum defensitare aggressus est. Sed certe illud non quaesivit vir doctus essetne *conchyli* vox huic sententiae adeo necessaria, ut ei vel cum vi restitutae reliqua omnia parere iuberentur. A Bergkio monstratum iter sed sine Bergkii audacia persecuti novissimi Ennii editores, alter *Conchyli quom iam semel est imbuta veneno,* alter autem *Cum villus quo iam semel est imbutu' veneno* pro certo edendum curaverunt. Quae sunt commenta vix satis digna quae accuratius refellantur. Nos dum traditam versus formam studiosius perspicimus, sententiam quidem poetae, quantum ex hac imperfecta oratione cognosci potest, hanc fuisse colligimus, *Cum illud quo iam semel est imbuta veneno* lana retinet perpetuo neque amissum reparare potest colorem; sed simul in oratione tria inesse intelligimus, quae criticos offenderunt aut morari legentem possint: primum hians versiculi initium *Cum illud;* secundo autem loco *iam semel* cum huic sententiae merum *semel* satisfecerit, denique in hunc modum formata oratio *illud quo imbuta est veneno.* Atque haec tria incommoda sive offensiones appellari malis Bergkii quidem emendatio una opera sustulit, posteriorum criticorum conaminibus primum et tertium removetur, secundum non videntur sensisse omnino aut non attendisse*). Atqui hiatum putamus posse fortasse Ennio condonari, quoniam in *m* desinentes voces cum hiatu in versu poni ne Lachmannus quidem (comm. Lucr. p. 131) negavit, quamquam idem hoc genus in Ennio angustissimis finibus circumscripsit (ibid. p. 99); quod tamen quam late patuerit nunc quidem satis certo definiri non potest. Sed si quis hanc librarii vitio scripturam ortam malit, levi opera tolli hiatus potest, cum aut littera addita *Cumq; illud* scribitur aut mutata littera *Cur illud*; quia vero tota oratio, cuius illa pars est, quomodo formata fuerit, sciri non potest, abstinendum est ab omni coniectura et hic ut saepe in eo subsistendum, quod satis est, ut intelligamus, hiare orationem eamque fortasse integram non esse. Porro *iam* ad *semel* adiectum in hac sententia tantum non requiritur ut melius abesse videatur, ut in Horatii versu (ep. 1, 2, 69) *quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu* aliisque similibus. Sunt tamen quibus praeter sententiae rationem ea particula alteri addita legatur, velut Cicero de finibus primo 1, 2 de philosophiae studio scribit *Qui autem, si maxime hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel iam missum coerceri reprimique non potest; ut propemodum iustioribus utamur illis, qui omnino avocent a philosophia, quam his, qui rebus infinitis modum constituant.* Si modo ita scripsit ut libri testantur. Nam Madvigius quidem negabat aut *iam* adiectum ferri posse aut *missum* aptum verbum esse recepitque veterem correctionem *in eo quod semel admissum* (hoc est, ut interpretatur, *in animum admissum*, quod *ammissum* exaratum abierit in librorum scripturam) *coerceri reprimique non potest.* Quae vituperabilis nimirum oratio non est, tamen etiam atque etiam ambigimus, quam recte repudietur altera, quam videmus etiam Fridolfo V. Gustafsono (in libello de his Ciceronis libris a. 1878 Helsingforsiae edito p. 33) probari, cui *missum* (h. e. *losgelassen*) inprimis conveniens huic sententiae verbum esse visum est. De Lucretio nemo dubitavit, qui cum ita scribit (6, 1040)

hic igitur, penitus qui in ferrost abditus aër,
sollicito motu semper iactatur eoque
verberat anellum dubio procul et ciet intus,
scilicet: ille eodem fertur, quo praecipitavit
. *iam semel et partem in vacuam conamina sumpsit*

si quidem recte mentem poetae accepimus, omissa *iam* particula sensum constare apparet: *eodem fertur quo semel praecipitavit.* Denique quod ita scriptum est *illud quo imbuta est veneno*, mirere sane si cui offensioni fuerit: adeo hoc ex verissima Latini sermonis natura promptum est et consuetudine confirmatum. Sed quoniam hoc loco criticorum studiis mutatum est in ea quoque re ut videtur offendentium, age selectis quibusdam exemplis hoc genus declaremus. Plautus igitur scribit (Capt. 1, 2, 76) *nisi qui meliorem adferet Quae mihi atque amicis placeat condicio magis.* Lucretii talia sunt *et simul ex illa quae tum res excipit ictum* (6, 313); *et in illam Transtulerunt proprio quae tum res nomine egebat* (3, 134); *unde hic cognitus est ipsi quem nominat ignem* (1, 695). Catullus quod scripsit *si nobis is datur unis Quem lapide illa diem candidiore notet* (68, 148), corrumpunt qui quia *dies* est in libris mero errore, traiecta voce edunt *illa notat candidiore, dies.* Horatius in epodon libro (2, 37) *quis non malarum quas amor curas habet Haec inter obliviscitur;* in carminibus autem (4, 13, 18) *quid habes illius, illius Quae spirabat amores, Quae me surpuerat mihi, Felix post Cinaram notaque et artium Gratarum facies?* h. e. ut putamus *quid habes illius faciei felicis notaeque quae spirabat.* Ovidius quoque (Am. 2, 2, 4) *Illa quae Danai porticus agmen habet.* Et haec ne quis poetarum propria esse existimet, Livius similiter scribit (21, 32, 5) *eo, qui circa Padum erat exercitus, Italiam defensurus;* item 31, 22, 6 (cf. 32, 5, 9) *nam et terrestres ab Corintho, quae per Megara incursiones in agros fieri solitae erant;* quare quae sunt apud eundem (33, 18, 12) *steterunt tantum acies super ripam qui tenui tum aqua interfluebat torrens* nobis quidem iniuria videntur pro depravatis haberi: deleverunt *qui* aut *torrentis* reposuerunt, quorum etsi utrumque probum erat, tamen si recte dici poterat, quod nemo negat, *super ripam*

*) Nisi quod Muellerus posse etiam *quoniam* scribi pro eo quod posuit *quom iam* adnotavit.

eius qui interfluebat torrens, cur illa quae sunt in libris vitiosa esse instamus? cum praesertim in hoc genere quid Livio placuerit etiam talia documento sint *capiuntur castra: captis, quae pars maxime a pugnantibus conspici poterat, iniecit Acilius ignem* (40, 31, 9; cf. 27, 42, 10). Quam consuetudinem Latini sermonis si quis a capite repetere volet, ab eo usu proficiscendum erit quo cum pronomine relativo nomen sive idem quod praecessit sive simile ei vel cognatum coniungi solet; quod genus Ennius scribit (in Alexandro) *Iudicabit inclitum iudicium inter deas tris aliquis, Quo iudicio Lacedaemonia mulier . . adveniet*, et in annalibus (307) *is dictust ollis popularibus olim Qui tum vivebant homines;* quibus similia sunt Horatii (sat. 1, 4, 1; cf. 1, 10, 24) *Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae Atque alii quorum comoedia prisca virorum est;* Catullus quoque (c. 96) *si quicquam gratum accidere a nostro dolore potest, Quo desiderio veteres renovamus amores*; de quo sunt qui prave sentiant; aliique multi similiter; verum nos nunc hanc rem persequi nolumus. Sed ut redeat unde egressa est oratio, ex iis quae diximus si recte colligitur verba *illud quo est imbuta veneno* certissimum morem Latini sermonis referre, eo confidentius asseverare licet criticorum conamina quae memoravimus, quibus haec ipsa depravatum ibant, irrita esse et reiectanea. Ac licet haereat ea quam significavimus dubitatio de *cum* et *iam* particulis tamen cavendum est ne nostro arbitratu versum remediis curemus morbo gravioribus.

Sed nos de sententia et usu versiculi quaerere institueramus. Quam rem interpretes plerique versu ad incerta reiecto praetermiserunt: ne Muellerus quidem qui versum ita scriptum ut diximus *Conchyli quom iam semel est imbuta veneno* in decimo annalium cum hoc altero item purpura distincto *Et simul erubuit ceu lacte et purpura mixta* coniunctum dedit, quid maxime senserit patefecit. Unus E. Spangenbergius versum quem sic formatum *Quum illa ut quae iam semel est imbuta veneno* in septimo annali edidit, ex Reguli oratione de captivis Poenorum dissuadentis sumptum esse voluit, sic interpretatus 'Quodsi captivi non redduntur, Poenis deerunt milites acres, novi enim quos adsciverunt nullius momenti sunt; iuventus Poenorum ita cladibus perculsa, ut deficiat animus; novi delectus *ut testa quae iam semel erat imbuta veneno* semper *remorbescat* (hanc enim vocem Ennianam huc revocandam et cum versu illo coniungendam censuit, quem ipsum prave ad Horatii mentem ita loquentis ep. 1, 2, 69 *quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu* accepit) nec ullum salubrem cibum servare potest, semper ignavi in pugnando erunt.' Quae licet absurda sint, ut in eis refellendis tempus terere ineptum sit, tamen praeteriri non poterant, quia quod Reguli mentionem iniecit, quamvis caecutiens aliquid veri tetigit. Quod quale sit ut aperiamus, primum illud tenemus quod diximus, in versu Enniano de lana dici quae quo semel imbuta fuerit veneno id amittere non possit; non tamen ut Ennius de lanae natura egerit, quemadmodum Lucretius scribit 6, 1074 *purpureusque colos conchyli iungitur uno Corpore cum lanae, dirimi qui non queat usquam,* sed ut ab hac natura lanae simile repetat quo illustret aliud. Simili a lanae

coloribus ducto, quoniam vis varia esse potest, multi non uno modo usi sunt: velut Quintilianus scribit 1, 1, 5 *natura tenacissimi sumus eorum quae rudibus animis percepimus, ut sapor quo nova imbuas durat, nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt.* Cicero autem in Hortensio (p. 54 libelli academici quo nuper Hortensii Tulliani reliquias Ottonis Plasbergii nostri diligentia complexa est) *ut ii qui combibi purpuram volunt, sufficiunt prius lanam medicamentis quibusdam, sic litteris talibusque doctrinis ante excoli animos et ad sapientiam concipiendam imbui et praeparari decet.* Et utroque superior Plato *Πολιτείᾳ* 4 p. 184 Bekkeri *οἱ βαφεῖς, ἐπειδὰν βουληθῶσι βάψαι ἔρια ὥστ' εἶναι ἁλουργά, πρῶτον μὲν ἐκλέγονται ἐκ τοσούτων χρωμάτων μίαν φύσιν τὴν τῶν λευκῶν, ἔπειτα προπαρασκευάζουσιν οὐκ ὀλίγῃ παρασκευῇ θεραπεύσαντες, ὅπως δέξεται ὅτι μάλιστα τὸ ἄνθος, καὶ οὕτω δη βάπτουσι· καὶ ὃ μὲν ἂν τούτῳ τῷ τρόπῳ βαφῇ, δευσοποιὸν γίγνεται τὸ βαφέν, καὶ ἡ πλύσις οὔτ' ἄνευ ῥυμμάτων οὔτε μετὰ ῥυμμάτων δύναται αὐτῶν τὸ ἄνθος ἀφαιρεῖσθαι,* quae deinceps ad institutionem ac disciplinam referuntur. Quibus addi possunt quae scribit Plutarchus Num. comp. 4, 5 *ὥστε πεντακοσίων ἐτῶν πλείω χρόνον τὰ κυριώτατα καὶ μέγιστα διαμεῖναι τῆς νομοθεσίας, ὥσπερ βαφῆς ἀκράτου καὶ ἰσχυρῶς καθαψαμένης.* Hi cum in aliis discedant in eo conspirant, praeterquam quod Cicero hanc partem sententiae praetermisit, quod colores semel a lana iusto modo receptos elui ac deleri posse negant. Eamque esse sententiam Ennii nobis veri simile visum est. Qui quem in usum simile illud convertisse potuerit dum quaerimus, Horatii reminiscimur, apud quem in carminum tertio 5 (nam non ea dicimus quae Ennii interpretes asciverunt ex epistola libri primi secunda) Regulus a Carthaginiensibus Romam missus ut de permutandis captivis ageret, hoc cum dissuaderet, cum alia disseruit tum hunc locum induxit egregie.

auro repensus scilicet acrior
miles redibit. flagitio additis
damnum: neque amissos colores
lana refert medicata fuco,

nec vera virtus, cum semel excidit,
curat reponi deterioribus.

De militibus Romanis videlicet (non ut ille somniabat Poenorum militibus) agitur, quos captos ab hostibus ne auro redimere velint patribus auctor est Regulus ob eam causam, quia vera virtus cum semel exciderit reponi deterioribus non curet, non magis hercle quam lana cum semel medicata est fuco sive ut ait Ennius *imbuta est veneno* referre amissos colores h. e. pristinum candorem potest. Sic enim haec Horatii verba esse accipienda censuimus cum plerisque, quamquam Kiesslingius aliam interpretandi viam ingressus *amissos colores* dici voluit non primitivam lanae naturam sed receptos venenando colores, qui vetustate depravati restitui non possint. Quod quas rationes habeat non obscurum est, sed quomodo cum reliqua sententia, cui necesse est simile inserviat, concilietur ambiguum. Illud autem facile intelligitur cum hac Horatiana

sententia ab Ennio institutam comparationem, si quidem ex parte iudicare licet de toto, optime convenire potuisse. Ut si fuit apud Ennium Regulus in senatu de captivis Romanis verba faciens, quod credibile est, quamquam nullo certo indicio confirmatur, ad huius orationem illa esse referenda probabile sit. Et ad Regulum quidem probabilius quam ad alium nescio quem: quoniam etiam aliae huius generis disceptationes Romae fuerunt, velut T. Manlius Torquatus apud Livium (22, 60) post pugnam Cannensem captivos ex ea pugna milites Romanos non esse redimendos in senatu ponderosa oratione exposuit. Sed nos Horatium sequi malumus, qui habet certe eam sententiam, cuius partem agnoscere apud Ennium videmur.

4. Unum etiam versum incertae notae (546) disceptabimus paucis,

Contempsit fontes quibus exerugit aquae vis.

Quem versum, cuius de origine ac fide superiores Ennii editores, Columna, Merula, non satis plene edocti erant, nos nunc scimus ab uno Macrobio esse servatum: ex cuius opere De differentiis et societatibus Graeci Latinique verbi duplicis generis excerpta quae exstant Henricus Keilius in quinto grammaticorum Latinorum volumine collegit. Ibi igitur in Excerptis Bobiensibus (p. 651, 35) ubi de verbis frequentativis agitur haec leguntur *eructo etiam a quo principali veniat quaeritur et est a verbo erugit. Ennius Contempsit fontes quibus ēxerugit* (sic B) *aquae vis.* Eadem sed omissis verbis pluribus curtata habent Excerpta Parisina (p. 626, 21) *eructat frequentativum est a principali erugit aquae vis.* Quae, quoniam propter iteratum *erugit* media intercepta sunt, ex altero loco in hunc modum supplenda sunt *eructat frequentativum est a principali erugit [Ennius Contempsit fontes quibus exerugit] aquae vis.* Principalis quam grammaticus dicit formae unus Ennius videtur auctor exstitisse; ad eundemque et auctorem et versum redeunt quae epitoma Festi p. 83 M. p. 58, 30 Thewrewk. memorat *erugere semel factum significat quod eructare saepius. illud enim perfectae formae est, hoc frequentativae.* In Ennii versu dubium movet de forma *exerugit* cum grammatici testimonium tum quod *ex* in codice Bobiensi punctis notatum dicitur. Neque ineptum, quamquam non plane certum, erat quod olim a nobis propositum est, . . . *quibu' sese erugit aquae vis,* cum praesertim *eructare* vim activam habeat plerumque. Illud erat ineptum quod Bergkius leviter admodum iecit (Opp. 1, 345) *erugit* Ennium quidem scripsisse sed hanc esse perfecti formam totumque versum in hunc modum conformatum fuisse *Contempsit fontes quibus érugit acŭae vis.* In quibus expendendis aut refutandis non est quod operam sumamus. Nuper maluerunt *fontes quibus ex erugit aquae vis;* neque id vituperandum est; quod genus Lucretius scribit (6, 788) *haec ideo terris ex omnia surgunt.* Sed quoniam Graeci non solum *ἐρεύγειν, ἐρεύγεσθαι,* verum etiam *ἐξερεύγεσθαι* eadem vi saepius posuerunt velut Lycophro in Alexandra (725) *ἔνθα λάβρος Ἴς Γείτων θ' ὁ Λᾶρις ἐξερεύγονται ποτά,* Dionysius Halic. 1, 9 p. 11, 21 K. (*Λῖρις καὶ Τέβερις*) *εἰς τὸ Τυρρηνικὸν ἐξερεύγονται πέλαγος,* Diodorus Sic. 2, 11, 2 *τὴν Βαβυλωνίαν διελθόντες εἰς τὴν Ἐρυθρὰν ἐξερεύγονται θάλατταν,* alii, et haec verba *erugo* et *ἐρεύγω,* quamquam

nemo nescit inter has formas quid intersit, a se segreganda non sunt, fatendum est fortasse Ennio ipsum illud *fontes quibus exērugit aquae vis* placuisse. Sed hoc utut est, nobis agendum est de versus sententia et loco. Quam rem vetusti editores non tetigerunt; quae vero E. Spangenbergius excogitavit, absona sunt, qui legentes ad Nilum et Aegyptios Nili beneficio fontium contemptores relegat; sed proxime Bergkius in Ennii versu Capitolium a Tito Tatio obsessum indicari sibi asseclaeque suo persuasit. Cui quod ab Ovidio in Fastis (1, 269) Ianus *repentinas eiaculatus aquas,* in Metamorphoseon libro 14 (787) nymphae *venas et flumina fontis sui elicientes* praeclusisse iter dicuntur, Tarpeia quoque Propertiana (4, 4, 48) Tatium iubet *rorida terga iugi cavere,* quia via *tacentes Fallaci celet limite semper aquas,* ex iis ingeniosi homines efficiunt fontes Capitolinos esse quos Ennius dicat, ob eamque causam Bergkius, ut sibi constare videretur, *erugit* perfecti formam esse voluit versumque eo modo quem diximus deformavit. Sed hi viri docti ab istis fontibus divinis ut videtur obstupefacti illud non curarunt quod summum erat, quis quave de re contempsisse fontes diceretur. Quod nisi quis liquido demonstraverit, aegre fidem nanciscetur de reliquis. Atqui nobis hanc orationem cum cura pertemptantibus his quae poeta dicit *quibus exerugit aquae vis* fontium natura depingi videtur, non ornamenti causa in speciem, sed quia forte contrariorum ratio in ea re vim sententiae positam voluit. Nam quod quis contempsisse fontes dicitur, quibus tamen aquae copia accepta fertur, eam non narrationem esse arbitramur, sed id similitudinis causa ad declarandum aliud et gravius adhibitum. Id tamen quale esset vix umquam intellexissemus nec probare aliis valuissemus nisi aliunde quid accessisset, quod huic versui lucem e tenebris afferre videretur. Etenim Iustinus in Trogi Pompeii historiarum Philippicarum epitoma lib. 31, c. 5 Hannibalem refert cum Antiocho rege de belli gerendi cum Romanis ratione in hanc sententiam egisse. *Veniam libertati praefatus nihil se aut consiliorum aut coeptorum praesentium probare ait, neque sedem belli Graeciam sibi placere, cum in Italia uberior materia sit: quippe Romanos vinci non nisi armis suis posse nec Italiam aliter quam Italicis viribus subigi: siquidem diversum ceteris mortalibus esse illud et hominum et belli genus. Aliis bellis plurimum momenti habere priorem aliquam cepisse occasionem loci temporisque, agros rapuisse, urbes aliquas expugnasse: cum Romano, seu occupaveris prior aliqua seu viceris, tamen etiam cum victo et iacente luctandum esse*). Quamobrem si quis eos in Italia lacessierit, suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse vincere, sicut ipse fecerit. Sin vero quis illis Italia velut fonte virium cesserit, proinde falli ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordiis derivare, sed concretis iam aquarum molibus avertere vel exsiccare velit.* Paene totam orationem Hannibalis descrip-

*) Prope ut Hannibal Horatianus (C. 4, 4, 65) dicit de Romanis

merses profundo, pulchrior evenit;
luctere, multa proruit integrum
cum laude victorem.

simus quo magis tenor ac decursus sententiarum eius dispiceretur. Ex eo autem et maxime his postremis quae dicit, quibus ipsa quam volumus similitudo explicatur, iam par est intelligi, quam in rem apud Ennium a fontibus vel fontium contemptu ductum simile converti apte potuerit. Sic enim sententiae particulam, quam habet versus Ennianus, supplemus: si quis contempserit fontes quibus exerugit aquae vis, qui valebit is amnes concretis aquarum molibus auctos regere ac domare. Et iam statim apparet quid fuerit quod fontium natura additis illis *quibus exerugit aquae vis* depingeretur. Hoc autem simili, sic ut est apud Iustinum, Ennii quoque Hannibalem usum putamus, ut Antiocho persuaderet, non in Graecia aut Asia sed in Italia, ubi fontes virium eorum essent, bellum cum Romanis gerendum esse*). Consiliis quidem Hannibalis usum esse Antiochum Ennius quoque auctor est, cuius hos tres versus (373—375) e decimo tertio annali depromptos Gellius tradidit, qui hoc quoque quod apertum est affirmat Antiochum Asiae regem esse qui haec dicat.

Hannibal audaci cum pectore de me hortatur
Ne bellum faciam quem credidit esse meum cor
Suasorem summum et studiosum robore belli.

Unde tamen noli colligere apud Ennium aliam Hannibali de universo bello Romano sententiam fuisse quam nos propter illum versum statuendam duximus eumque hoc suasisse ut abstineretur a bello, non ut eo quo decebat modo gereretur. Neque enim una de re aut semel credibile est apud Ennium quoque Hannibalem Antiocho res gerendas aut suasisse aut dissuasisse. Quorum virorum ingenio diversissimorum quale et quam varium et anceps in consiliis gravissimis fuerit commercium, vel Liviana narratio patefacit quae est in libro 36 c. 15, 2. et c. 41, 2. 6.; quibus addantur etiam haec Diodori 29, 3 p. 382 Dind. Itaque illos versus non tam impedire quam adiuvare nostram opinionem putamus, qua versum

Contempsit fontes quibus exerugit aquae vis

una cum illis tribus in tertio decimo annali h. e. in rebus Antiochi locum habuisse opinamur.

Scr. m. April. a. MDCCCLXXXXII.

---

*) Sic apud Livium quoque Hannibal coram Antiocho loquitur 36, 7, 16. *De Philippo meam sententiam habes; de ratione universi belli quid sentirem, iam ab initio non ignorasti. Quod si tum auditus forem, non in Euboea Chalcidem captam et castellum Euripi expugnatum Romani, sed Etruriam Ligurumque et Galliae Cisalpinae oram bello ardere et, qui maximus iis terror est, Hannibalem in Italia esse audirent* e. q. s. Cf. etiam Iustinus 31, 3, 7.

LECTIONES.

I. ORDINIS THEOLOGICI.

II. Privatim de commutatarum apud Francogallos rerum publicarum temporibus disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

K. Mœbivs, Dr.

Privatim de vitae animalium condicionibus externis et consuetudinibus disseret d. Lun. Merc. Sat. h. II-III.

Th. Mommsen, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

M. Planck, Dr.

I. Publice exercitationes mathematicas et physicas in instituto physices theoreticae moderabitur d. Sat. h. IX-XI.

II. Privatim physices theoreticae partem tertiam (electricitatem et magnetismum) docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

C. Rammelsberg, Dr.
Valetudine impeditus hoc semestri lectiones non habebit.

F. de Richthofen, Dr.
I. Privatim geographiae generalis partem tertiam (geomorphologiam) tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. III-IV.
II. Privatissime et gratis colloquium geographicum moderabitur d. Mart. h. VII-IX.

E. Sachav, Dr.
I. Publice 1) Alkâmil ab Almubarrad scriptum interpretabitur d. Lun. et Mart. h. VI-VII; 2) grammaticam linguae Armeniacae docebit nec non litteras sacras Armeniorum interpretandas proponet d. Merc. et Ven. h. VI-VII.
II. Privatim 1) Corani commentarium Baidavianum interpretabitur d. Merc. et Ven. h. V-VI; 2) fabulas Syriacas Kalila et Dimna interpretabitur d. Lun. et Mart. h. V-VI.
III. Privatissime et gratis in exercitationibus Arabicis librum Alaghani sodalibus interpretandum proponet d. Iov. h. XII-II.

P. Scheffer-Boichorst, Dr.
I. Publice casum hierarchiae et initia novarum civitatum enarrabit d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim historiam constitutionum rerum publicarum imprimis germanicarum et romanensium ratione habita enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.
III. Privatissime et gratis exercitationes seminarii historici moderabitur d. Ven. h. VI-VIII.

E. Schmidt, Dr.
I. Privatim 1) Faustum Goethianam introductione historica praemissa explicabit d. Lun. Iov. h. V-VI; 2) historiam litterarum Germanicarum a Klopstockio ad Goethium enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.
II. Privatissime et gratis seminarii germanici sodalibus dramata saeculi XVII interpretanda proponet.

I. Schmidt, Dr.
I. Publice Kālidāsae Mēghadūtam interpretabitur d. Iov. h. XII-I.
II. Privatim grammaticam linguae Graecae docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

G. Schmoller, Dr.
I. Privatim leges et instituta et vectigalia regni Borussici inde ab a. 1640 usque ad nostra tempora docebit d. Merc. et Sat. h. IV-VI.
II. Privatissime et gratis in seminario oeconomico-politico-statistico exercitationes oeconomico-politicas una cum Dre. Rathgen moderabitur d. Lun. h. VI-VIII, d. Iov. h. VI-VII.

E. Schrader, Dr.
I. Publice linguam Chaldaicam docebit et partes librorum Danielis et Ezrae Aramaico sermone confectas interpretabitur d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim historiam veteris Orientis summatim tradet d. Mart. et Ven. h. IV-V.
III. Privatissime et gratis 1) scripturam linguamque Assyriacam docebit nec

non inscriptiones cuneatas selectas explicabit d. Lun. et Iov. h. III-IV; 2) textus Aethiopicos et Assyriacos interpretari perget horis commodis.

F. E. Schvlze, Dr.
I. Privatim 1) zoologiam generalem una cum anatomia comparata docebit d. Lun. h. VI-VII, d. Mart. Merc. Ven. Sat. h. V-VI; 2) cursus zoologici microscopici partem primam instituet quotidie h. IX-II.
II. Privatissime et gratis disquisitiones zoologicas in laboratorio zoologico moderabitur.

H. A. Schwarz, Dr.
I. Publice sectionum conicarum proprietates insigniores methodo geometrica exponet d. Mart. Ven. h. V-VI.
II. Privatim 1) geometriam analyticam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) de speciali functionum analyticarum theoria disseret d. Merc. Sat. h. XI-I.

S. Schwendener, Dr.
I. Privatim 1) anatomiam et physiologiam plantarum docebit d. Merc. Sat. h. V-VII; 2) exercitationes microscopicas instituet d. Merc. Sat. h. IX-XII.
II. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio botanico moderabitur.

F. Tietjen, Dr.
Privatim mechanicam caelestem docebit d. Lun. Iov. h. XI-I.

A. Tobler, Dr.
I. Privatim 1) de sonis et flexionibus linguae Francogallicae disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 2) linguae Provincialis specimina quaedam interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis seminarii Romanensis exercitationes moderabitur d. Iov. h. VI-VII½.

H. de Treitschke, Dr.
I. Publice philosophorum de re publica opiniones exponet d. Iov. h. VI-VIII.
II. Privatim 1) de arte politica disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) res in Germania per annos 1815-1866 gestas enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

I. Vahlen, Dr.
I. Privatim 1) Horatii epistolas libri II cum arte poetica interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) Euripidis Herculem enarrabit iisdem diebus h. XII-I.
II. Privatissime et gratis exercitationibus philologicis Ciceronis de republica I cum iis qui interesse cupient tractabit d. Merc. h. V-VII.

A. Wagner, Dr.
I. Publice de principiis individualismi et socialismi oeconomici disseret imprimis ratione habita quaestionum ad dominium spectantium d. Merc. h. VI-VII.
II. Privatim 1) oeconomiam nationalem generalem docebit d. Lun. et Iov. h. IV-VI; 2) systema redituum publicorum tradet d. Mart. et Ven. h. IV-VI.

W. Wattenbach, Dr.
I. Publice interpretabitur Brunonis librum de bello Saxonico d. h. Merc. VI-VIII.
II. Privatim tradet medii aevi historiam d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

A. Weber, Dr.

I. Publice Kâlidâsae Çakuntalam interpretabitur d. Merc. h. II-IV.

II. Privatim 1) grammaticam Sanscriticam tironibus tradet d. Lun. Mart. Iov. h. II-III; 2) Rigvedae aut Atharvavedae hymnos interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. h. III-IV.

III. Privatissime offert scholas Sanscriticas Prâcriticas Zendicas hor. def.

C. Weierstrass, Dr.

Valetudine restituta lectiones indicabit.

C. Weinhold, Dr.

I. Privatim 1) antiquitates germanicas docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) Waltheri dicti von der Vogelweide carmina selecta interpretabitur d. Lun. Iov. h. X-XI.

II. Privatissime et gratis sodalibus seminarii germanici monumenta linguae theotiscae interpretanda proponet d. Merc. h. IX-XI.

E. Zeller, Dr.

Privatim historiam philosophiae universalem enarrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI-XII.

I. Zvpitza, Dr.

I. Privatim 1) historiam vocalium Anglicarum adumbrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) exercitationes Gothico-Anglicas in usum tironum instituet d. Mart. Ven. h. XI-XII.

II. Privatissime et gratis in seminario regio Anglico *As You Like It* Shakspereanam commilitonibus interpretandam proponet.

M. Lazarvs, Dr., Prof. honorarius.

Privatim psychologiam popularem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

C. L. Michelet, Dr., Prof. honorarius.

Privatissime 1) systema philosophiae, scientiae exactae, exponet hor. def.; 2) offert lectiones de qualibet disciplina philosophica hor. def.

F. Tiemann, Dr., Prof. honorarius.

Privatim chemiam corporum aromaticorum experimentis illustratam docebit ter p. hebd. hor. def.

2. *Professorum extraordinariorum.*

P. Ascherson, Dr.

I. Publice phytogeographiam dicionis Niloticae tractabit d. Sat. h. VI-VII.

II. Privatim phytogeographiam Europae docebit d. Lun. Mart. Ven. h. VI-VII.

I. Barth, Dr.

I. Privatim Roedigeri chrestomathiam Syriacam explicabit d. Ven. et Mart. h. VI-VII.

II. Privatissime et gratis carmina Arabum vetera secundum Noeldekii delectum vet. carm. Arabicorum interpretanda proponet bis p. hebd. hor. def.

A. Bastian, Dr.

I. Publice ethnologiam generalem tractabit d. Iov. h. III-IV.

II. Privatim historiam coloniarum transmarinarum docebit d. Mart. et Ven. h. IV-V.

H. Bellermann, Dr.

I. Publice historiae musices partem primam enarrabit quae veterum Graecorum musicam continet d. Merc. et Sat. h. IX-X.

II. Privatissime et gratis in arte contrapuncti exercitationes instituet sequens librum suum „Der Contrapunkt, 3. Aufl., Berlin 1887" d. Merc. et Sat. h. VIII-IX et d. Sat. h. X-XI.

G. Berendt, Dr.

Lectiones hoc semestri non habebit.

R. Biedermann, Dr.

Privatim chemiam technicam organicam demonstrationibus illustratam d. Lun. Iov. h. IV-V, d. Sat. h. III-V docebit et excursiones tempore idoneo instituet.

R. Bœckh, Dr.

I. Privatim de re statistica populorum quae vulgo vocatur demographia disseret d. Mart. Merc. Ven. h. XII-I.

II. Privatissime et gratis in seminario oeconomico-politico-statistico exercitationes in arte statistica moderabitur d. Sat. h. XI-I.

H. Delbrveck, Dr.

I. Publice historiam belli a. 1870/71 gesti tractabit d. Lun. et Iov. h. I-II.

II. Privatim historiam aevi recentissimi inde ab anno 1786 usque ad annum 1862 docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

III. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderabitur d. Mart. h. VI-VIII.

Fr. Dieterici, Dr.

Publice 1) grammaticam Arabicam docebit d. Mart. et Ven. h. III-IV; 2) tractatum de principiis ex libro „Abhandlungen der Ichwān es Safā" interpretabitur d. Mart. h. IV-V; 3) carmina Arabica explicabit libro „delectus veterum carminum Arabicorum ed. Nöldeke" usus d. h. Ven. IV-V.

H. Ebbinghavs, Dr.

I. Privatim 1) historiam philosophiae universalem enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) logicen et doctrinam cognitionis docebit d. Lun. Mart. Ven. h. XII-I.

II. Privatissime et gratis exercitationes ad psychologiam experimentalem pertinentes moderabitur d. Merc. h. II-IV.

C. Frey, Dr.

I. Publice exercitationes ad artem recentiorem pertinentes moderari perget d. Lun. h. IV-VI.

II. Privatim 1) plastices et picturae monumenta selecta ope apparatus optici qui dicitur Sciopticon interpretabitur d. Merc. et Sat. h. XII-I; 2) Italiae artium et humanitatis historiam inde ab initio medii aevi usque ad mortem Michaelis Angeli de Buonarrotis enarrabit d. Merc. et Sat. h. X-XII.
III. Privatissime et gratis societatem arti recentiori dicatam moderabitur d. Iov. h. IV-VI.

A. Fvrtwængler, Dr.
I. Publice exercitationes archaeologicas in museo Regio moderari perget d. Iov. h. II-III.
II. Privatim historiam picturae vasculorum Graecorum enarrabit d. Mart. Ven. h. III-IV.

S. Gabriel, Dr.
I. Publice de analysi chemica qualitativa aget d. Sat. h. IX-X.
II. Privatim 1) de methodis syntheticis chemiae organicae disseret d. Lun. h. V-VI; 2) analysin volumetricam corporum fluidorum tradet d. Merc. h. V-VI; 3) colloquium de chemia organica instituet d. Iov. h. V-VI½.

A. Garcke, Dr.
I. Publice de gymnospermis disseret d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim plantas officinales demonstrabit d. Lun. et Ven. h. IX-XI.

L. Geiger, Dr.
I. Publice introductionem in studium historiae litterarum recentiorum temporum tradet d. Ven. h. VI-VII.
II. Privatim 1) historiam litterarum Franco-Gallicarum saec. xvi tractabit d. Merc. et Sat. h. IX-X; 2) de Schilleri vita et scriptis disseret d. Merc. et Sat. h. X-XI.

C. Geldner, Dr.
I. Publice 1) Dandinis Daçakumâracaritum legendum proponet d. Ven. h. I-II; 2) Avestam docebit semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim 1) prolegomena in Rigvedum tradet d. Mart. Iov. h. I-II; 2) textus Sanscriticos interpretabitur d. Lun. Merc. h. I-II.

G. de Giżycki, Dr.
I. Publice historiam ethices enarrabit d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim logicam et theoriam cognitionis tradet d. Lun. Mart. Iov. h. X-XI.

G. Grvbe, Dr.
I. Privatim grammaticam mongolicam tractabit d. Merc. Sat. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis textus mandschuicos selectos interpretabitur d. Iov. h. IX-X.

K. Hensel, Dr.
I. Publice theoriam formarum bilinearium atque quadraticarum docebit d. Mart. Ven. h. IX-X.
II. Privatim de usu methodorum analyticarum in arithmetica sublimiore disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

G. Hettner, Dr.
I. Publice de rationibus quibusdam analyticis ad serierum infinitarum theoriam adhibendis disseret d. Merc. h. IX-X.

II. Privatim theoriam functionis potentialis et functionum sphaericarum exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

I. Hoffory, Dr.
I. Publice exercitationes septentrionales moderabitur d. Sat. h. XII-I.
II. Privatim Eddam antiquiorem tratabit d. Mart. Iov. h. XII-I.

I. Knoblavch, Dr.
I. Publice functionum ellipticarum theoriae capita selecta tractabit d. Merc. h. IX-X.
II. Privatim 1) calculum differentialem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X; 2) mechanicen analyticam tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.
III. Privatissime et gratis exercitationes geometriae analyticae et calculi differentialis instituet d. Sat. h. IX-X.

L. Kny, Dr.
I. Privatim 1) plantarum anatomiam et morphologiam demonstrationibus illustratas docebit d. Lun. Ven. Sat. h. IX-X; 2) exercitationes microscopicas instituet d. Lun. Iov. h. XII-II.
II. Privatissime et gratis disquisitiones botanicas in laboratorio phyto-physiologico moderabitur quotidie.

A. Kœnig, Dr.
I. Publice capita selecta physiologiae sensuum tractabit d. Iov. h. V-VI.
II. Privatim de physice experimentali repetitorium adiunctis demonstrationibus instituet d. Merc. et Ven. h. V-VII.
III. Privatissime disquisitiones ad physiologiam physicalem pertinentes sexies p. hebd. reget.

R. Lehmann-Filhés, Dr.
I. Publice theoriam seriei hypergeometricae tractabit semel p. hebd. hor. def.
II. Privatim astronomiam generalem docebit quater p. hebd. hor. def.

C. Liebermann, Dr.
I. Publice colloquia chemica instituet semel p. hebd. d. Ven. h. IX-X.
II. Privatim 1) exercitationes chemicas moderabitur d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V et d. Sat. h. IX-XII [ex indice lectionum academiae Regiae technicae]; 2) chemiam organicam tractabit quinquies p. hebd. d. Lun. et Iov. h. X-XII et d. Sat. h. XII-I.

C. A. Lossen, Dr.
I. Publice exercitationes petrographicas adiunctis demonstrationibus microscopicis moderabitur hor. def.
II. Privatim petrographiam docebit d. Lun. Mart. Merc. Ven. h. XI-XII.

P. Magnvs, Dr.
I. Publice colloquium botanicum moderabitur d. Iov. h. VI-VII.
II. Privatim historiam naturalem et systematicam plantarum cryptogamarum docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX.

E. de Martens, Dr.
Privatim conchyliologiam generalem et specialem tractabit d. Merc. et Sat. h. IX-X.

A. Meitzen, Dr.

I. Publice in seminario politico-statistico colloquiis et lectionibus tractabit artis statisticae doctrinam et exercitationem technicam d. Iov. h. VII-IX vesp.

II. Privatim oeconomiae politicae partem practicam docebit i. e. de agriculturae, commercii et industriae administratione publica disseret d. Merc. et Sat. h. XI-I.

A. Navdé, Dr.

I. Privatim elementa rerum diplomaticarum et rerum archivalium tradet d. Merc. et Sat. h. IX-XI.

II. Privatissime et gratis exercitationes de recentioris aevi historia et Borussica et Germanica moderabitur d. Merc. h. VII-IX.

F. Neesen, Dr.

I. Publice dioptricen et catoptricen tractabit d. Ven. h. VI-VII.

II. Privatim relationes quae sunt inter physicen et chemiam tradet d. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX.

A. E. B. Orth, Dr.

I. Publice exercitationes pedologicas instituet d. Mart. h. II-IV.

II. Privatim 1) agriculturae generalis partem primam (Bodenkunde und Entwässerung des Bodens) d. Merc et Sat. h. X-XI; 2) agriculturae specialis partem primam (Futterbau und Getreidebau) d. Lun. et Iov. h. X-XI docebit.

III. Privatissime disquisitiones agronomicas et chemicas in laboratorio academiae Regiae agronomicae moderabitur quinquies p. hebd. h. IX-IV una cum Berju, Dr. phil. [ex indice lectionum academiae Regiae agronomicae].

IV. Privatissime et gratis in seminario agronomico exercitationes ad theoriam agriculturae pertinentes instituet d. Lun. h. VI-VIII.

F. Pavlsen, Dr.

I. Publice 1) principia ethices s. philosophiae practicae explicabit d. Mart. et Iov. h. V-VI; 2) exercitationes moderabitur Ethica B. de Spinozae ad explicandum proposita d. Merc. h. IX-XI.

II. Privatim paedagogicen docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.

A. Pinner, Dr.

I. Publice capita selecta pharmaciae tractabit d. Mart. h. V-VI.

II. Privatim 1) chemiam anorganicam experimentis illustratam docebit d. Merc. Ven. Sat. h. V-VII; 2) pharmaciae partem anorganicam adiunctis experimentis explicabit d. Lun. h. V-VII, d. Iov. h. V-VI.

M. Rœdiger, Dr.

I. Publice exercitationes Theodiscas instituet d. Mart. h. X-XI.

II. Privatim historiam litterarum Theodiscarum usque ad annum 1300 exponet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

Th. Schiemann, Dr.

I. Publice Russiae historiam nostri aevi tractabit d. Mart. Ven. h. V-VI.

II. Privatim Poloniae, Russiae, Sueciae res inde a saeculo XV exeunte usque ad medium saeculum XVII gestas enarrabit d. Lun. Iov. h. IX-X.

E. R. Schneider, Dr.

I. Publice de sulfosalibus nuper inventis disseret semel p. hebd. d. Lun. h. V-VI.

II. Privatim methodos pondera atomica constituendi explicabit binis p. hebd. scholis hor. def.

E. Sell, Dr.

Privatim chemiam organicam experimentis adiunctis docebit d. Mart. Ven. h. III-V.

Ph. Spitta, Dr.

I. Publice artis musicae genera, quae „Concert-“ et „Kammer-Musik“ vocantur, qualia fuerint inde a Beethovenii temporibus exponet d. Merc. h. VI-VII.

II. Privatim theoriae musicae inde ab ineunte medio aevo usque ad haec tempora primam partem explicabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. V-VI.

III. Privatissime et gratis Aristidis Quintiliani librum, qui περὶ μουσικῆς inscribitur, interpretandum proponet d. Sat. h. XII-II.

H. Steinthal, Dr.

Privatim encyclopaediam et methodologiam philologiae tractabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII.

S. Wætzoldt, Dr.

I. Publice de carminibus Francogalliae popularibus disseret d. Lun. h. VI-VII.

II. Privatim exercitationes neofrancogallicas instituet d. Merc. h. VI-VIII.

III. Privatissime et gratis in seminario Regio Romanensi exercitationes de Petri Corneille vita et operibus moderabitur d. Ven. h. VI-VIII.

C. Werder, Dr.

Publice de arte dramatica aget dieb. et hor. def.

H. Wichelhaus, Dr.

Privatim 1) technologiam chemicam (materiae organicae) experimentis illustratam docebit d. Merc. h. X-XII, d. Iov. et Ven. h. XI-XII et excursiones tempore idoneo instituet; 2) exercitationes in laboratorio technologico universitatis moderabitur quotidie h. IX-V.

W. Will, Dr.

I. Publice capita selecta chemiae technicae tractabit hor. def.

II. Privatim historiam chemiae docebit d. Mart. h. V-VII.

L. Wittmack, Dr.

I. Publice de fructibus et seminibus disseret d. Iov. h. XI-XII [ex indice lectionum academiae Regiae agronomicae].

II. Privatim 1) de alimentorum pabulorumque adulteratione disseret demonstrationibus illustrata d. Sat. h. X-XII; 2) disquisitiones botanicas moderabitur d. Ven. h. I-III.

3. *Privatim docentium.*

H. Aron, Dr.

Gratis capita selecta electrodynamices semel p. hebd. hor. def. tractabit.

L. Arons, Dr.

Privatim de metiendi methodis electricis et magneticis disseret apparatusque praecipue adhibitos demonstrabit d. Mart. Iov. h. X-XI.

R. Assmann, Dr.

I. Gratis capita selecta meteorologiae tractabit d. Iov. h. X-XI.
II. Privatim climatologiam generalem docebit d. Mart. et Ven. h. XI-XII.

E. Blasivs, Dr.

Privatissime una cum Prof. Kundt cursum practicum physices instituet d. Sat. h. IX-XII.

K. Breysig, Dr.

I. Gratis de potiorum Europae nationum per tempora recentia et recentissima progressione sociali disseret d. Merc. h. XII-I.
II. Privatissime et gratis de recentioris aevi historia exercitationes instituet d. Mart. h. VI-VII.

G. Cloëtta, Dr.

Privatim 1) in studium linguarum Romanensium introducet imprimis de Latino vulgari linguisque Romanensibus agens d. Lun. Iov. h. XII-I; 2) artem dramaticam Aemilii Zolae explicabit eiusque dramate Thérèse Raquin ad interpretandum proposito exercitationes neofrancogallicas instituet d. Mart. Ven. h. XII-I.

H. Dessav, Dr.

I. Privatim de republica Romanorum disseret d. Mart. Iov. h. V-VI.
II. Privatissime et gratis historiarum Polybii capita selecta tractabit d. Merc. h. VI-VIII.

M. Dessoir, Dr.

I. Gratis historiam aesthetices tractabit d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim psychologiam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

A. Dœring, Dr.

I. Gratis de nostrae aetatis in philosophia studiis ac rationibus disseret d. Sat. h. X-XI.
II. Privatim 1) historiam philosophiae universalem tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X-XI; 2) de Kantii scriptis et systemate aget d. Merc. et Sat. h. XI-XII.

C. Dove, Dr.

Itinere Africano impeditus hoc semestri lectiones non habebit.

H. Droysen, Dr.

Privatim historiam universalem antiquitatis enarrabit quater p. hebd. hor. def.

O. Fleischer, Dr.

I. Gratis introductionem in palaeographiam scriptorum musicorum instituet d. Lun. et Iov. h. XI-XII.
II. Privatim de cognitione instrumentorum musicorum in museo Regio instrumentorum leget d. Mart. et Ven. h. XI-XII.

A. Fock, Dr.

I. Gratis crystallographiam chemicam docebit d. Iov. h. V-VI.
II. Privatim introductionem in physicen et chemiam tradet d. Mart. et Ven. h. V-VI.

O. Franke, Dr.

I. Gratis 1) selecta Iâtaka interpretanda proponet d. Merc. et Sat. h. X-XI; 2) selectas Upanishades explicabit d. Merc. et Sat. h. XI-XII.

II. Privatim 1) Buddhistarum principales opiniones et praecepta quemadmodum e brahmanicis ortae et auctae sint interpretatione librorum Sanscriticorum et Pâlicorum docebit d. Lun. et Iov. h. X-XI; 2) textus Iainicos ad cognoscendum Iainorum cultum maxime pertinentes et editos et ineditos interpretandos proponet d. Mart. et Ven. h. X-XI.

M. Frevnd, Dr.

Privatim 1) repetitorium chemiae praecipue in usum medicinae studiosorum instituet d. Lun. et Iov. h. II-IV; 2) de methodis syntheticis chemiae organicae colloquio disseret d. Merc. h. V-VII; 3) cursum practicum analysis alimentorum instituet d. Sat. h. I-IV.

C. Friedheim, Dr.

Privatim 1) de analysi chemica qualitativa et quantitativa cum analysi volumetrica disseret d. Mart. h. V-VII; 2) de usu electrolysis in chemia technica et analytica aget d. Ven. h. V-VI; 3) exercitationes chemicas analysis qualitativae moderabitur sexies p. hebd.; 4) analysin gasorum tradet cum exercitationibus practicis bis p. hebd.; 5) exercitationes chemiae anorganicae reget d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-V, d. Sat. h. IX-XII.

P. Glan, Dr.

I. Gratis de tempestate disseret d. Ven. h. IV-V.
II. Privatim 1) elementa theoriae physices tractabit d. Lun. h. IV-VI, d. Ven. h. V-VII; 2) theoriam virium electricarum et magneticarum docebit d. Merc. Sat. h. IV-VI; 3) exercitationes practicas ad usum instrumentorum in scholis adhibitorum spectantes moderabitur d. Mart. Iov. h. IV-VII.

B. Græf, Dr.

I. Gratis exercitationes archaeologicas moderari perget d. Merc. et Sat. h. VIII-IX.
II. Privatim antiquitates scaenicas graecas tractabit d. Merc. et Sat h. XI-XII.

M. Haydvck, Dr.

Privatim de fermentatione disseret semel p. hebd. hor. def.

K. Heider, Dr.

Privatim avium historiam naturalem docebit d. Lun. et Ven. h. IX-X.

M. Herrmann, Dr.

I. Gratis de methodologia historiae litterariae colloquii ratione disseret d. Mart. et Ven. h. XI-XII.
II. Privatim historiam dramatis germanici enarrabit d. Sat. h. XI-I.

A. Hevsler, Dr.

I. Gratis carmina Eddica explicanda proponet d. Mart. Ven. h. IV-V.
II. Privatim Taciti Germaniam una cum R. Huebner Dr. iur. interpretabitur d. Mart. Ven. h. V-VI.

R. Hœniger, Dr.

I. Gratis elementa historiae socialis Germanicae medii aevi docebit d. Lun. h. XI-XII.
II. Privatissime et gratis in seminario oeconomico-politico-statistico exercitationes historicas moderabitur d. Mart. h. VII-IX.

R. Hoppe, Dr.

Privatim 1) calculum differentialem et theoriam serierum duce libro suo explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. II-III; 2) geometriam analyticam duce libro suo tractabit iisdem diebus h. III-IV.

G. Hvth, Dr.

I. Gratis historiam Buddhismi et Lamaismi enarrabit d. Mart. h. VI-VII.
II. Privatim grammaticam tibeticam docebit d. Mart. Iov. h. V-VI.
III. Privatissime et gratis tibeticos de Buddhismo et Lamaismo textus interpretabitur d. Iov. h. IV-V.

O. Jaekel, Dr.

I. Gratis capita selecta evolutionis animalium palaeontologicae tractabit d. Merc. h. III-IV.
II. Privatim exercitationes geologicas et palaeontologicas moderabitur d. Mart. Ven. h. III-IV.
III. Privatissime disquisitiones microscopicas in laboratorio palaeontologico instituet hor. def.

I. Iahn, Dr.

Privatim electrochemiam docebit d. Lun. Merc. Ven. h. V-VI p. m.

I. Iastrow, Dr.

I. Privatim historiam artis et doctrinae politicae et cameralisticae enarrabit d. Merc. et Sat. h. XI-XII.
II. Privatissime et gratis 1) exercitationes ad artis politicae historiam spectantes moderari perget d. Merc. h. XII-I; 2) exercitationes historicas moderari perget quaestionibus de recentiorum temporum historia propositis hor. def.

A. Kalkmann, Dr.

I. Gratis exercitationes archaeologicas moderabitur d. Ven. h. XI-XII.
II. Privatim proportiones symmetriam rythmum artis plastices Graecae tractabit d. Mart. Ven. h. IX-X.

F. Karsch, Dr.

Privatim zoologiam generalem tradet quater p. hebd. hor. def.

R. de Kavfmann, Dr.

I. Gratis 1) de imperii, seu ab uno, seu ab optimatibus, seu a populo sustinetur, origine, auctu, interitu aget d. Merc. h. XI-XII; 2) de negotiis quae fiunt in argentariis tabernis et basilicis disseret d. Sat. h. XI-XII.
II. Privatim 1) doctrinam administrationis internae explicabit d. Merc. et Sat. h. IX-XI; 2) oeconomiae politicae partes speciales tradet d. Lun. h. III-IV et Iov. h. III-V [ex indice lectionum academiae Regiae technicae].

E. Klebs, Dr.

I. Privatim historiam rei publicae Romanorum inde ab initio bellorum Punicorum usque ad C. Caesaris mortem enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.
II. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderabitur d. Iov. h. V-VII.

F. Kœpp, Dr.

Gratis civitatum Graecarum inde a belli Macedonici temporibus ad Augusti aetatem historiam enarrabit d. Merc. Sat. h. XI-XII.

E. Kœtter, Dr.

I. Privatim calculum integralem docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.
II. Privatissime et gratis exercitationes ad calculum integralem pertinentes instituet d. Merc. h. IX-X.

E. Korschelt, Dr.

Privatim historiam evolutionis animalium docebit d. Mart. Iov. h. IX-X.

G. Krabbe, Dr.

Privatim 1) de recentioribus disquisitionibus botanicis disseret d. Ven. h. V-VII; 2) exercitationes microscopicas praecipue ad plantas officinales spectantes instituet hor. def.

P. Kretschmer, Dr.

I. Gratis elementa grammaticae comparatae linguae graecae, latinae, goticae nec non aliarum linguarum indogermanicarum docebit d. Merc. et Sat. h. XI-XII.
II. Privatissime exercitationes grammaticas moderabitur d. Mart. h. XII-I.

B. Kvebler, Dr.

I. Privatim de Romanorum re iudiciaria praefatus Ciceronis orationes pro Quinctio et pro Roscio comoedo habitas interpretabitur d. Lun. et Iov. h. IV-V.
II. Privatissime et gratis exercitationibus philologicis Demosthenis orationem Midianam tractabit d. Lun. h. V-VII.

A. Lasson, Dr.

I. Gratis de initiis primae philosophiae disseret d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim 1) logicam et theoriam cognitionis docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI-XII; 2) philosophiam iuris et fundamenta doctrinae politicae tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII-I.

E. Liesegang, Dr.

I. Privatim Germaniae historiam oeconomicam usque ad belli tricennalis tempora persequetur d. Merc. h. XI-XII, d. Sat. h. XI-I.
II. Privatissime et gratis exercitationes de historia constitutionis publicae Brandenburgiae nec non Borussiae moderabitur d. Sat. h. VII-IX.

F. de Lvschan, Dr.

I. Privatim de gentium Africam incolentium maxime imperio Germanico subditarum natura, vita et moribus cum demonstrationibus disseret d. Mart. Iov. h. II-III.
II. Privatissime exercitationes anthropologicas et ethnographicas moderabitur d. Sat. h. III-VII.

E. Marcks, Dr.

I. Gratis de Martini Lutheri vita disseret d. Lun. h. V-VI.
II. Privatim imperatorum Stauficorum historiam enarrabit d. Merc. et Sat. h. XI-XII.
III. Privatissime et gratis de recentioris aevi historia exercitationes habere perget d. Iov. h. VII-IX.

W. Marckwald, Dr.

Privatim chemiam theoreticam docebit et praecipue ea quae ad novissimas theorias pertinent tractabit ter p. hebd. dieb. et hor. def.

O. Meinardvs, Dr.

I. Gratis de Gustavo Adolfo et Wallensteinio disseret d. Ven. h. V-VI.
II. Privatim historiam germanicam inde ab exitu belli septennis enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.
III. Privatissime et gratis exercitationes historicas moderabitur d. Lun. h. VI $^1/_2$.

R. Meyer, Dr.

I. Privatim in philologiam Germanicam studiosos introducere conabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI.
II. Privatissime et gratis exercitationes ad historiam litterarum theotiscarum pertinentes moderabitur d. Lun. h. XI-XII.

K. Oldenberg, Dr.

Gratis oeconomiae politicae et socialismi historiam exponet d. Lun. h. IX-X.

F. Pax, Dr.

Privatim 1) anatomiam plantarum ad pharmaciam spectantem docebit d. Lun. et Iov. h. IV-V; 2) cursum microscopicum inprimis ad pharmaciam spectantem instituet d. Sat. h. XII-II.

E. Pringsheim, Dr.

I. Gratis lectiones experimentales habebit de interferentia et polarisatione lucis d. Merc. h. V-VI.
II. Privatim gasorum theoriam docebit d. Merc. et Sat. h. IX-X.

O. Pvchstein, Dr.

I. Gratis inscriptiones graecas et latinas ad aedificia spectantes interpretabitur d. Sat. h. IV-V.
II. Privatim de architectura graeca disseret d. Mart. Ven. h. IV-V.

K. Rathgen, Dr.

I. Gratis condicionem oeconomicam Asiae orientalis tractabit d. Ven. h. VII-VIII.
II. Privatim de rebus commercii et coloniarum huius saeculi disseret d. Mart. Ven. h. VI-VII.
III. Privatissime et gratis in seminario oeconomico-politico-statistico exercitationes oeconomico-politicas una cum Prof. Schmoller moderabitur d. Lun. h. VI-VIII, d. Iov. h. VI-VII.

O. Reinhardt, Dr.

Privatim fungorum et bacteriorum morphologiam et physiologiam docebit d. Merc. h. V-VII.

A. Reissert, Dr.

Privatim 1) de corporibus organicis nitrogenatis condensatione formatis disseret d. Mart. h. IX-X; 2) chemiam Naphtalini et Anthraceni docebit d. Ven. h. IX-X.

F. Rinne, Dr.

I. Gratis de origine lapidum disseret d. Iov. h. IV-V.
II. Privatim schistos crystallinos tractabit d. Merc. Sat. h. IX-X.

C. Rodenberg, Dr.

I. Privatim historiam confoederationis hanseaticae enarrabit d. Mart. et Ven. h. V-VI.

II. Privatissime et gratis exercitationes historicas instituet d. Lun. h. VI-VIII.

M. Rothstein, Dr.

I. Gratis latine scribendi exercitationes moderabitur d. Merc. h. XI-XII.
II. Privatim de Ovidii vita et carminibus praefatus Metamorphoseon libros interpretabitur d. Merc. et Sat. h. X-XI.
III. Privatissime et gratis exercitationibus philologicis libellum de sublimitate tractabit d. Iov. h. V-VII.

H. Rvbens, Dr.

Privatim elasticitatis corporum rigidorum theoriam adhibitam imprimis ad quaestiones acusticas atque opticas docebit bis p. hebd. hor. def.

I. Schick, Dr.

Privatim Miltoni vitam et opera tractabit d. Lun. Merc. Ven. h. V-VI vel aliis hor. def.

L. Schlesinger, Dr.

Privatim integrationem aequationum differentialia partialia continentium tradet et ad varias quaestiones physicas applicabit d. Merc. Sat. h. XI-I.

C. Schotten, Dr.

Privatim chemiam forensem tractabit d. Mart. h. V-VII.

O. Seeliger, Dr.

Privatim embryologiam comparativam docebit d. Iov. Sat. h. XII-I.

M. Sering, Dr.

I. Gratis de Britanniae et Germaniae rebus et legibus ad ordinem socialem spectantibus disseret d. Mart. h. VI-VII.
II. Privatim de Germanorum re agraria et legibus agrariis aget d. Ven. h. V-VII [ex indice lectionum academiae Regiae agronomicae].
III. Privatissime et gratis exercitationes oeconomicas moderabitur d. Iov. h. VII-IX.

G. Simmel, Dr.

I. Gratis exercitationes philosophicas habebit d. Sat. h. V-VI.
II. Privatim ethicen docebit d. Merc. Sat. h. IV-V.

G. Steindorff, Dr.

I. Gratis historiam Aegyptiacam enarrabit morum et artium maxime ratione habita d. Merc. Sat. h. IX-X.
II. Privatim 1) grammaticam linguae Copticae tradet d. Lun. Iov. h. IX-X; 2) textus selectos Sahidicos et Boheiricos interpretabitur d. Mart. Ven. h. IX-X.

R. Sternfeld, Dr.

I. Gratis historiam imperatorum Saxonicorum et Salicorum narrabit d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim historiam medii aevi Francogallicam et Britannicam tractabit d. Lun. Iov. h. X-XI.
III. Privatissime et gratis exercitationes ad medii aevi studium pertinentes moderabitur hor. def.

C. A. Tenne, Dr.
I. Gratis methodos saxa examinandi docebit d. Iov. h. II-III.
II. Privatim elementa crystallographiae tradet d. Lun. Merc. Ven. h. II-III.

M. Thiesen, Dr.
Publico munere impeditus non leget.

H. Travbe, Dr.
I. Gratis analysin microchemicam tractabit d. Merc. h. XII-I.
II. Privatim chemiam mineralium docebit d. Sat. h. XII-I.

G. Volkens, Dr.
Privatim biologiam plantarum docebit d. Mart. h. V-VII.

F. Wahnschaffe, Dr.
I. Gratis geologiam formationis diluvii praecipue Germaniae septentrionalis ratione habita docebit d. Iov. h. V-VI, cum excursionibus.
II. Privatim 1) geologiam generalem docebit d. Lun. Mart. Ven. h. X-XI et d. Merc. h. XII-I; 2) exercitationes practicas de humi analysi physica et chemica moderabitur d. Merc. et Sat. h. VIII-IX [ex indice lectionum academiae Regiae montanae].

O. Warbvrg, Dr.
Privatim de geographia plantarum Asiae australis et orientalis disseret d. Lun. Iov. h. V-VI.

B. Weinstein, Dr.
I. Gratis physices telluris partem primam mechanicen continentem docebit d. Sat. h. IX-X.
II. Privatim theoriam caloris mathematicam tractabit d. Mart. Iov. Ven. h. IX-X.

K. Wesendonck, Dr.
Gratis hydrodynamices elementa tractabit d. Mart. h. V-VI.

W. Wien, Dr.
Privatim theoriam electromagneticam luminis docebit d. Mart. Ven. h. VI-VII.

H. Winckler, Dr.
I. Gratis 1) locos quosdum Veteris Testamenti secundum inscriptiones cuneatas interpretabitur d. Mart. h. X-XI; 2) exercitationes Hebraicas instituet d. Ven. h. X-XI; 3) grammaticam linguae Aethiopicae docebit d. Lun. Iov. h. IX-X.
II. Privatim 1) grammaticam linguae Hebraicae docebit d. Mart. Ven. h. IX-X; 2) inscriptiones Assyriacas interpretabitur d. Lun. Iov. h. X-XI.

A. Wohl, Dr.
Privatim analysin technicam tractabit d. Mart. Ven. h. IV-V.

SCHOLAE LECTORVM LINGVAS RECENTIORES ET STENOGRAPHIAM DOCENTIVM.

F. Harsley, M. A., Lector.
I. Privatim 1) elementa linguae Anglicae docebit d. Merc. Sat. h. X-XI; 2) exercitationes ad syntaxin linguae Anglicae spectantes instituet d. Sat. h. XI-I.
II. Privatissime et gratis in seminario Regio Anglico exercitationes Anglice loquendi et scribendi moderari perget d. Merc. h. XI-I.

G. Michaelis, Dr., Lector stenographiae.
I. Publice stenographiam Germanicam docebit accedentibus exercitationibus practicis d. Mart. et Ven. h. V-VI.
II. Privatissima offert stenographica Germanica, Anglica, Gallica, Italica, Hispanica, Lusitana.

I. Rossi, Lector.
I. Privatim 1) grammaticam Italicam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) Iosephi Giusti „Lettere Scelte“ interpretabitur atque exercitationes Italice scribendi et loquendi instituet d. Merc. Sat. h. IX-XI.
II. Privatissime et gratis in seminario Romanensi exercitationes Italicas moderabitur d. Ven. h. IV-VI.

PVBLICA DOCTRINAE SVBSIDIA.

Bibliotheca universitatis (Dorotheenstrasse Nr. 9) itemque bibliotheca regis iis, qui libros in quovis genere optimos evolvere volent, quotidie patebit.

Observatorium, hortus botanicus, apparatus herbarius, institutum botanicum, institutum plantarum physiologiae destinatum (Invalidenstrasse Nr. 42), musea anatomicum, zootomicum, zoologicum, mineralogicum, instrumenta chirurgica, apparatus pharmacologicus, apparatus physicus, instituti regii chartographici copiae, apparatus archaeologicus, universitatis museum Christianum, museum artibus dicatum, imagines gypseae variaque artium opera etc. cum ad lectiones adhibebuntur tum aditus ad haec dabitur suo loco petentibus.

Seminarii theologici exercitationes eas, quae ad Vetus Testamentum interpretandum pertinent, moderabitur DILLMANN; eas, quae ad Novum Testamentum pertinent, WEISS; historicis, h. e. ad historiam ecclesiae et dogmatum christianorum pertinentibus, praeerit HARNACK; seminarii practici theologici exercitationes homileticas moderabitur KLEINERT, catecheticas PFLEIDERER.

Seminarii iuridici exercitationibus praeerunt DERNBVRG, HINSCHIVS, PERNICE; seminarii iuris Germanici exercitationes moderabuntur GIERKE, ZEVMER.

Medicinae studiosis exercitandis inservient: Instituta anatomica duo, institutum physiologicum, institutum pharmacologicum, clinica et policlinica tria in nosocomio universitatis (Ziegelstrasse Nr. 5—7), alterum chirurgicum, alterum ophthalmiatricum, tertium otiatricum, clinicum universitatis obstetricium (Artilleriestrasse Nr. 13—16) cum policlinico obstetricio; porro policlinicum medicum universitatis (Dorotheenstrasse Nr. 5), policlinicum orthopaedicum (Markthallenstrasse D), item in nosocomio Caritatis clinica medica tria, porro chirurgicum, psychiatricum et neuropathologicum, obstetricium cum policlinico, gynaecologicum cum policlinico, syphiliticis et infantibus curandis, morbis cutis destinata, institutum anatomiae et physiologiae pathologicae exercendis destinatum (in horto nosocomii Caritatis), institutum medicinae forensi docendae inserviens, institutum et museum hygienicum, de quorum usu et rectoribus singillatim dictum suis locis est.

In seminario philologico VAHLEN Plauti Bacchides interpretandam proponet d. Merc. h. X-XII; idem disputationibus praeerit eodem die h. XII-I; Aristophanis Acharnenses interpretandam proponet KIRCHHOFF.

In seminario germanico WEINHOLD sodalibus monumenta linguae theodiscae interpretanda proponet d. Merc. h. IX-XI; E. SCHMIDT dramata saeculi XVII interpretanda proponet d. Merc. h. XI-I.

Seminarii Romanensis et Anglici exercitationibus praeerunt TOBLER et ZVPITZA.

Seminarii mathematici exercitationibus praeerunt FVCHS, SCHWARZ, FROBENIVS d. Merc. h. V-VII.

Seminarii theoriae et arti computandi dicati exercitationibus praeerunt FŒRSTER et TIETJEN d. Mart. et Ven. h. V½-VII.

Exercitationes societatis academicorum musicae moderabitur BELLERMANN d. Mart. h. VIII-X.

LECTIONES SEMINARII LINGVARVM ORIENTALIVM.

Amir Bin Nasir Lomeri, Lector.

Publice 1) exercitationes Suahelicas moderabitur quotidie d. Sat. exc. h. V-VIII (h. V-VI$^1/_2$ in coetu tironum, h. VI$^1/_2$-VIII in coetu secundo); 2) artem characteres Arabicos scribendi docebit d Lun. Iov. h. IV-V.

C. Arendt.

Publice 1) linguam Sinicam hodiernam docere perget in coetu secundo d. Lun. Merc. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX; 2) linguam Sinicam hodiernam docebit in coetu tironum d. Lun. Mart. Merc. Iov. Sat. h. IX-X; 3) locos difficiliores ex auctoribus Sinicis desumptos interpretabitur in classe selecta d. Mart. Ven. h. X-XI; 4) pacta inter regnum Sinicum et civitates externas composita tam ad commercium quam ad res publicas spectantia enarrabit d. Merc. h. VIII-IX, d. Ven. h. IX-X.

Av Fvng Tschü, Lector.

Publice 1) exercitationes Sinicas (ad dialectum australem pertinentes) moderabitur in coetu tironum d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. V-VI, in coetu secundo h. VI-VII; 2) artem Sinicam calligraphicam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

G. Bvettner, Dr.

Publice 1) linguam Suahelicam in coetu tironum docebit quotidie h. IX-X. 2) linguam Suahelicam docere perget in coetu secundo d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX; 3) geographiam mediae et australis Africae enarrabit d. Merc. Sat. h. VIII-IX; 4) in coetu selecto carmina popularia Suahelica tractabit d. Mart. Ven. h. X-XI.

K. Foy, Dr.

Publice 1) linguam Turcicam in coetu tironum docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. IX-X; 2) in coetu secundo d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII-IX; 3) geographiam et historiam recentiorem sublimis imperii tradet d. Merc. h. VIII-IX, d. Sat. h. IX-X; 4) exercitationes Turcicas moderabitur quotidie exc. d. Sat. h. V-VI in coetu secundo, h. VI-VII in coetu tironum.

Djami Chan Ghori, Lector.

Publice 1) linguam Hindustanicam docebit quotidie h. VIII-IX; 2) linguam Persicam docebit quotidie h. IX-X; 3) exercitationes Hindustanicas moderabitur quotidie d. Sat. exc. h. V-VI; 4) exercitationes Persicas moderabitur quotidie d. Sat. exc. h. VI-VII.

M. Hartmann, Dr.

Publice 1) linguam Neoarabicam docebit in coetu tironum d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. IX-X; 2) linguam Neoarabicam docere perget in coetu secundo quotidie h. VIII-IX; 3) in coetu selecto acta privata et publica Arabice scripta explicanda et in eadem lingua componenda curabit d. Merc. Sat.

h. IX-X; 4) geographiam et historiam recentiorem Syriae tradet d. Merc. h. IX-X.

Hsüeh Schen, Lector.

Publice exercitationes Sinicas (ad dialectum septentrionalem pertinentes) moderabitur in coetu tironum quotidie d. Sat. exc. h. VI$^1/_2$-VIII, in coetu secundo h. V-VI$^1/_2$.

R. Lange, Dr.

Publice 1) grammaticam linguae Iaponicae docebit in coetu tironum d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. VIII-IX; 2) linguam Iaponicam docere perget in coetu secundo d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX-X; 3) classis selectae exercitationes horis definiendis moderabitur; 4) de commercio regni Iaponici disserere perget d. Merc. h. VIII-IX, d. Sat. h. IX-X.

A. Maarbes, Lector.

Publice exercitationes Neoarabicas (ad Syriae dialectum pertinentes) moderabitur quotidie d. Sat. exc. h. V-VII (h. V-VI in coetu secundo, h. VI-VII in coetu tironum).

K. Mitsotakis.

Publice 1) linguam Neograecam docebit in coetu tironum quotidie d. Sat. exc. h. XII-I; 2) in coetu secundo h. X-XI; 3) exercitationes Neograecas ad linguam vernaculam pertinentes moderabitur d. Lun. Merc. Ven. h. VII-VIII; 4) geographiam et historiam recentiorem Graeciae tradet d. Sat. h. X-XI.

B. Moritz, Dr.

Publice 1) linguam Neoarabicam Aepyptiorum docebit in coetu secundo d. Lun. Mart. h. IX-X, Merc. Sat. h. VIII-IX; in coetu tironum d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X-XI; 2) linguam Neoarabicam Maurorum docebit in coetu secundo d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII-IX, in coetu tironum Merc. Iov. Ven. Sat. h. IX-X; 3) linguam Neoarabicam Zingibaritarum docebit d. Lun. Merc. Ven. h. IV-V; 4) geographiam et historiam recentiorem Aegypti tradet d. Merc. Sat. h. X-XI.

Muhammed Bu Selham, Lector.

Publice 1) exercitationes Neoarabicas (ad Mauretaniae dialectum pertinentes) moderabitur quotidie d. Sat. exc. h. V-VIII (h. V-VI$^1/_2$ in coetu tironum, h. VI$^1/_2$-VIII in coetu secundo); 2) artem Maurorum calligraphicam docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV-V.

Ts. Senga, Lector.

Publice 1) exercitationes Iaponicas moderabitur quotidie d. Sat. exc. h. V-VIII (in coetu secundo h. V-VI$^1/_2$, in coetu tironum h. VI$^1/_2$-VIII); 2) artem Iaponicam calligraphicam docebit d. Mart. Ven. h. IV-V.

Lector Aegyptius.

Publice 1) exercitationes Neoarabicas (ad Aegypti dialectum pertinentes) moderabitur quotidie d. Sat. exc. h. V-VIII (in coetu tironum h. V-VI$^1/_2$, in coetu secundo h. VI$^1/_2$-VIII); 2) artem Arabum calligraphicam docebit d. Lun. Ven. h. IV-V.

ARTIVM EXERCITATIO.

Artem arma tractandi docebit NEVMANN, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Artem saltandi docebit FREISING, huius artis magister in Vniversitate constitutus.

Equitandi modos docebit HEMMERLING, artis equestris magister in Vniversitate constitutus.

250